WiMBP
Opole

II

3 st.

AKC VI Hi 311/2/62/C



WILHELMI ERNESTI TENTZELII

SAXONIA NVMISMATICA LINEAE ALBERTINAE.

1705.

SAXONIA NVMISMATICA *LINEAE* ALBERTINAE.

Saxonia Nvmismatica
Oder
Medaillen-Cabinet
von
Gedächtniß-Müntzen und Schau-Pfennigen/
Welche
Die Durchlauchtigsten
Chur- und Fürsten zu Sachsen
Albertinischer Haupt-Linie
prägen und verfertigen laßen/
Aus vielen Cabineten mit Fleiß zusamen gelesen/
in schöne Kupffer gebracht / und aus der Historie
und Stam-Registern erläutert
durch
Wilhelm Ernst Tentzeln/
Königl. Pohln. und Chur F. Sächß. Rath
und Historiographum.

Verlegt durch Christian Wermuthen/
Käyserl. privilegirten/ auch Königl. Preußischen und Fürstl.
Sachsen-Gothaischen Medailleur.
Zu finden in Franckfurt am Mäyn bey Friedrich Knochen/
und in Leipzig bey Philipp Wilhelm Stocken/
Buchhändlern.

Dreßden/ gedruckt beym Kön. Hoffbuchdrucker/ Joh. Riedeln. 1705.

SAXONIA NVMISMATICA
SIVE
NVMMOPHYLACIVM
NVMISMATVM
MNEMONICORVM
ET ICONICORVM
A SERENISSIMIS
ELECTORIBVS DVCIBVS-
QVE SAXONIAE
LINEAE ALBERTINAE
CVDI IVSSORVM
EX MVLTIS NVMMOPHYLACIIS
MAGNO STVDIO COLLECTVM
FIGVRIS AENEIS ELEGANTIBVS ORNATVM
ET EX HISTORIARVM GENEALOGIARVMQVE
MONVMENTIS ILLVSTRATVM
A
WILHELMO ERNESTO TENTZELIO
CONSILIARIO ET HISTORIOGRAPHO
REGIO POLONICO ET ELECTORALI
SAXONICO.

SVMTIBVS *CHRISTIANI WERMVTHII*
NVMISMATVM SCVLPTORIS A CAESARE PRIVILEGIATI REGII
BORVSSICI ET DVCALIS SAXO-GOTHANI.
PROSTAT FRANCOFVRTI AD MOENVM APVD FRID. KNOCHIVM
ET LIPSIAE APVD PHIL. WILHELMVM STOCKIVM
BIBLIOPOLAS.

DRESDAE TYPIS IOHANNIS RIEDELII TYPOGR. AVL.
ANNO CIↃ IↃCCV.

Dem Aller-Durchlauchtigsten/Großmächtigsten
Fürsten und Herrn/

HERRN

Friederich Augusto/

Könige in Pohlen/

Groß-Hertzogen in Litthauen/

Reußen/ Preußen/ Mazovien/
Samogitien/ Kyovien/ Vollhinien/
Podolien/ Podlachien/ Liefland/
Schmolensko/ Severien/ Zschernicovien/

Hertzogen zu Sachsen/

Jülich/ Cleve/ Berg/ Engern und Westphalen/

Des Heil. Röm. Reichs Ertz-Marschalln und Chur-Fürsten/

Land-Graffen in Thüringen/
Marck-Graffen zu Meißen/ auch Ober- und Nieder-Laußnitz/
Burg-Graffen zu Magdeburg/
Gefürsteten Graffen zu Henneberg/
Graffen zu der Marck/ Ravensberg und Barby/
Herrn zu Ravenstein.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE
PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO
REGI POLONIARUM
MAGNO DVCI LITHVANIAE
RVSSIAE PRVSSIAE MASOVIAE
SAMOGITIAE KIIOVIAE VOLLHINIAE
PODOLIAE PODLACHIAE LIVONIAE
SMOLENSCIAE SIBERIAE ZSCHERNICOVIAE
DVCI SAXONIAE
IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE
S. ROM. IMPERII ARCHIMARSCHALLO
ET ELECTORI
LANDGRAVIO THVRINGIAE
MARCHIONI MISNIAE ET SVPERIORIS
AC INFERIORIS LVSATIAE
BVRGGRAVIO MAGDEBVRGENSI
PRINCIPI COMITI HENNEBERGAE
COMITI MARCAE RAVENSBERGAE ET BARBY
DOMINO RAVENSTEINII.

Aller-Durchlauchtigster/ Großmächtigster König und Chur-Fürst/
Allergnädigster Herr/

ES gehet nun ins dritte Jahr/ daß Ew. Königl. Maj. bloß aus Allergnädigster Zuneigung/ ohne einiges mein Vermuthen und Suchen/ zu Dero Rath und Archivario meine Wenigkeit auff- und angenommen haben. Ob ich aber schon ohne meine Schuld zurück gehalten werde/ in Ew. Majestät Diensten zu Dero hohen Interesse so viel zu thun/ alß durch GOttes Gnade wohl könte und möchte: So lasse doch an mir nichts ermangeln/ die so sehr mangelhaffte Sächsische Historie täglich zu vermehren und zu verbessern. Dessen zum Zeugniß

über-

SERENISSIME, POTENTISSIMEQVE
REX ET ELECTOR,
DOMINE LONGE CLEMENTISSIME,

TErtius annus est, ex qvo REGIA TVA MAIESTAS ex mera propensione clementissima, me nec opinante, neqve rogante, in Consiliariorum, quibus Archivi cura demandata est, numerum meam cooptavit tenuitatem. Quamuis autem citra culpam meam impediar, ne in MAIESTATIS TVAE seruitiis rebusque, quarum maxime interest, tantum præstem, quantum DEO dante possem vellemque: nihil tamen in me desiderari patior, quin tot Historiæ Saxonicæ defectibus augendo corrigendoque

mederi

überreiche Ew. Kön. Maj. dieses Buch von den Sächsischen Medaillen in allerunterthänigster Devotion; nicht zweiflend/ SJE werden dasselbe mit allergnädigsten Augen und Händen aufnehmen/ alldieweil Ewre Kön. Maj. an diesen Curiositäten sich selbst unvergleichlich belustigen; auch an diesem Werck selbst großen Theil haben/ indem SJE allergnädigst erlaubet/ viel Stücke aus Dero vortrefflichsten Cabinet zu nehmen/ so mir noch ermangelten. GOtt der Allerhöchste wolle Ew. Kön. Maj. alles Gute/ das Dero Durchlauchtigste Vorfahren beglücket/ mildiglich verleihen/ und hingegen alles Böse/ das Dieselben ausgestanden/ in Gnaden abwenden. Dreßden/ den 1. Maji 1705.

Ew. Kön. Majestät

allerunterthänigster und
treu-gehorsamster

Wilhelm Ernst Tentzel.

mederi quotidie satagam. Cui documento est, quod MAIESTATI TVAE subjectissime offero, de Numismatibus Saxonicis Opusculum: nullus dubitans, quin Serenissima id fronte manuque suscipias, quando & incomparabili hæc studia prosequeris delectatione, & præcipuam hujus libri partem TIBI vindicasti, clementissime permittendo, vti ex præstantissimo Nummophylacio TVO, quæ mihi deerant plurima, mutuarer. DEVS Optimus Maximus *MAIESTATI TVAE* bona omnia, quæ *Serenissimos Maiores IVOS* felices reddiderunt, largissime conferat, mala vero omnia, quæ illis aduersa fuerunt, divina gratia sua auertat longissime. Dresdæ Kal. Maii CIↃ IↃ CCV.

REGIAE MAIESTATI TVAE

devotissimus obsequiosissimusque

Wilhelmus Ernestus Tentzelius.

Vorrede
an den geneigten Leser.

OB wohl diejenigen / so mich genauer kennen / an der Richtigkeit der in großer Menge beygebrachten Sächsischen *Medaillen* keinen Zweiffel tragen werden; so muß doch / um bey andern desto mehr Glauben zu verdienen / das gute Glück öffentlich preisen / welches / ohne eiteln Ruhm zu schreiben / keinem Sächsischen *Historico* vor mir begegnet / und / gestalten Sachen nach / keinem nach mir leicht werden wird. Die erste Kundschafft von alten Griechischen und Römischen Müntzen / so man ins gemein bey dieser Wissenschafft zum *Fundament* leget / habe ich empfangen auß dem vortrefflichen Wercke des ietzigen Königlichen Preußischen Gesandten / Herrn Barons von Spanheim / *de Vsu & Præstantia Numismatum:* Die ersten *Originalien* aber in einem *Cabinet* zusammen gesehen *An. 1684.* bey dem damahls zu Arnstadt neu-angelangten Hoff-Rathe / Herrn George Conrad Büttnern / aus Dreßden bürtig / welcher / wie in allen gelehrten Seltenheiten / also auch hierinnen ungemein bewandert / und dabey nicht neidisch

PRAEFATIO
ad Lectorem benevolum.

Licet, qui me propius norunt, de Numismatum Saxonicorum magna copia productorum veritate, nihil dubitare videantur; attamen vt maiorem apud alios fidem merear, optimam publice prædicare par est fortunam, quæ Historicorum Saxonicorum nulli, præfiscine dixerim, ante me obtigit, neque rebus sic stantibus, post me alteri facile arridebit. Primam nummorum Græcorum & Romanorum, quos fundamenti loco in hac scientia ponere consueuimus, notitiam, ex celeberrimo Excellentissimi nunc Legati Regii Borussici, Baronis Spanhemii, *Opere de Vsu & Præstantia Numismatum, hausi. Prima autem Prototypa in Nummophylacium collecta vidi anno CIↃ IↃC XXCIV. Arnstadii apud nouum tunc Aulæ Consiliarium,* Georgium Conradum Büttnerum, *Dresda oriundum, qui rariori fulgens eruditione, nulla inuidia æstuabat: sed in Rei-*

neidisch war / sondern mich offt / wenn er auff der Cantzley zu thun hatte / gantze Stunden allein über seinem Schatze sitzen / und was er von raren dazu gehörigen Büchern gesammlet hatte / frey gebrauchen ließ. Dadurch wurde die auß meines seeligen Vaters / der daselbst *Superintendens* war / letzten Kranckheit und Tode in meinem Hertzen entstandene Traurigkeit *temperiret* / und ich zur Erkäntniß so wohl alter / alß neuer / Müntzen / daß ich ietzo von andern *Antiquitäten* nicht sage / sorgfältig eingeleitet. Welche wir beede durch Brieffe immer mehr und mehr außübten / nachdem ich *an. 1686.* in Fürstliche Gothaische Dienste getreten war. Wovon die ersten Jahre der Monatlichen Unterredungen einiges Zeugniß abstatten können. Kurtz hernach gewonnen Ihre Hoch-Gräfl. Gnaden zu Schwartzburg-Arnstadt selbst zu diesem angenehmen *Studio* ungemeine Lust / und kauffte nicht allein das Büttnerische / sondern viel andere *Cabinete* zusammen / nebst einer wunderbahren Menge von den schönsten und rarsten alten und neuen *Medaillen*, und brachten Dero *Cabinet* binnen wenig Jahren in solche *Consideration*, daß es mit denen vornehmsten in gantz *Europa* streiten kan. Bey solchen löblichsten Bemühungen würdigten Sie mich auff des Herrn Büttners *recommendation* Dero gnädigen *Correspondenz*, und so offt Sie mich nach Arnstadt abholen ließen / zeigeten Sie mir mit eigener Hand / wie Dero herrlichen Schätze sich iñer mehr vermehrten.

Sie

publicæ curis occupatus, sæpe me solum integras horas gazæ suæ inhærere permittebat, librorum præterea rariorum a se collectorum vsum concedens liberrimum. Hoc pacto mœstitiæ, ex beati Parentis, Superintendentis ibidem, vltimo morbo obituque in corde meo exortæ, temperamentum adhibebatur, egoque tam ad antiquorum, quam recentiorum nummorum cognitionem, ne de aliis nunc Antiquitatibus dicam, cum cura introducebar. Quam postea vterque nostrum epistolis amplius excolebat, cum Serenissimo Duci Gothano *an.* CIↃ IↃC LXXXVI. *studia mea addixissem. Cuius rei primi Colloquiorum menstruorum anni testimonium perhibere poterunt. Paullo post ipse* Illustrissimus Comes Schwartzburgico-Arnstadiensis *incredibili harum deliciarum amore accensus, non Büttnerianum solum, sed plura alia Nummophylacia coëmebat, vna cum admirando elegantissimorum rarissimorumque, tam antiquorum, quam recentiorum nummorum apparatu, tantum paucis annis Gazæ suæ pondus & auctoritatem concilians, vt cum totius Europæ præcipuis de palma contendere possit. His intentus, & Büttnero commendante, gratiosissimis litteris suis me dignatus, quoticscunque Arnstadium accersebat, propria manu ostendit maiora indies Thesauri sui incrementa. Anno*

Sie schickten mich auch *an. 1692.* in etliche Nieder-Sächsische Städte / da ich sonderlich Sr. Hochwürden des Herrn Abts von Loccum zu Hannover / und des Herrn D. Meibomii zu Helmstädt / *Cabinete* besehen / und was ich so wohl hier / alß anderer Orten / merckwürdiges befunden / in denen letzten Monaten der Unterredungen gedachten Jahrs erzehlet habe.

Im angehenden Sommer eben desselben Jahrs wurde mir auch zu Gotha von der Ober-Vormundschafftlichen Regierung anbefohlen / das Fürstliche *Medaillen-Cabinet* in Ordnung zu bringen und zu beschreiben / welches ich zu Anfange des Herbsts glücklich zum Stande brachte. Dasselbe *Cabinet* hat Hertzog Ernst der Fromme nicht zu erst angehoben / sondern viel rare Stücke / so wohl Sächsische / alß andere / auß der Alt-Väterlichen Erbschafft bekommen / welche sich sehr wohl sehen lassen. Er hat auch schon in seiner Jugend / unter des Käysers *Matthiæ* Regierung / von dem berühmten Hortleder ein *Inventarium* machen lassen / welches in vier *Octav*-Bänden beschrieben / in der Fürstl. *Bibliothec* annoch vorhanden ist. Gleichwie aber Hertzog Ernst bald 35. Jahre nach Hortledern gelebet / also hat Er seine in allen freyen Künsten unvergleichliche *Curiosität* auch auff die *Medaillen* erstrecket / und mit sehr vielen / sonderlich *Antiqven* / seinen Schatz bereichert; welchen

CIↃ IↃC XCII. *me in quasdam Saxoniæ inferioris vrbes mittebat, qua occasione & Hannoveræ* Reverendissimi Abbatis Loccumensis, *& Helmstadii* Celeberrimi D. Meibomii *Nummophylacia lustravi, quæque & his, & aliis in locis notatu digna obseruaueram, ultimis Colloquiorum istius anni mensibus inserui.*

Æstate eiusdem anni ineunte, supremum tunc regimen tutelare Gothanum mihi demandabat, ut Ducale Nummophylacium in ordinem redigerem, describeremque, quod ingruente autumni principio feliciter perfeci. Gazam hanc Ernestus Pius *non primus inchoaverat, sed rariora Numismata plurima, tam Saxonica, qvam alia, ex auita hæreditate acceperat, quæ adspectum præbent iucundissimum. Idem in iuuentute sua, Matthia Cæsare imperante, celeberrimi Hortlederi cura, Catalogum adornari iussit, qui quatuor octauæ formæ voluminibus descriptus, in Bibliotheca Ducali adhuc supereſt. Sicuti autem Dux ille* Ernestus *Hortlederum XXXV. fere annis superuixit, ita incomparabilem suum in omnes artes liberales amorem ad Numismata quoque extendens, plurimis, antiquis præcipue, thesauros suos ditauit; quos Filiorum Senior Patrisque Successor,*

welchen folgends sein ältester Printz und Nachfolger in der Regierung / Hertzog Friederich / geerbet / und meistentheils mit denen zu seiner Zeit in *Europa* hin und wieder ausgegangenen vortrefflichen *Modernen* stattlich vermehret / auch die *antiquen* / die so wohl bißweilen in seinen Landen / alß bey der Mäyntzischen Belagerung außgegraben worden / aufgehoben. Solches alles wurde mir damahls unter die Hand gegeben / und der Fürstl. *Medailleur*, Hr. Christian Wermuth / den Preiß und das Gewicht desto eigentlicher zubemercken / zugeordnet. Dieser hatte ebenfalls eine ziemliche Menge von allerhand *Medaillen* und Müntzen / nicht allein Sächsischen / sondern auch viel andern / vor sich zusammen gebracht / welche wir mit einander *rangir*ten / und hat er von derselben Zeit an sich immer mehr und mehr bemühet / die *curieuse* Welt mit neuen *Medaillen* zu *divertir*en / deren Beschreibung er in etlichen *Catalogis* drucken lassen. Aber das Fürstl. *Cabinet* pfleget der ietzt-regierende Durchlauchtigste Hertzog Friederich mit schönen Stücken bey Gelegenheit zu vermehren / und zu Dero selbst eigenen Belustigung zugebrauchen.

Nachdem mir nun solche Glückseeligkeit / die kaum der tausende hat / gegönnet wurde / nahm ich vor / mit GOTT und der Zeit ein fünff-faches *Medaillen*-Werck ans Licht zu stellen / und die Historie unsers unüberwind-

sor, Dux Fridericus, *consequutus, plerumque nouis suo tempore in Europa hinc inde prodeuntibus nummis scitissimis praeclare auxit, non neglectis antiquis, tam in regionibus sibi subiectis, quam in obsidione Moguntina, effossis. Qui omnes cura tunc mea subiiciebantur, addito sculptore Numismatum Ducali, Christiano Wermuthio, vt pretium illorum pondusque accuratius annotaremus. Hic pariter Numismata & monetas, non Saxonica tantum, sed & alia, magno numero sibi collegerat, quae in loculos suos disposuimus, isque ab eo tempore non destitit, Orbi curioso plurimis nouis inseruire Numismatibus, quorum Catalogi typis exscripti prostant. Ducale autem Nummophylacium* Sereniſſimus Dux Fridericus *hodie regens, elegantissimis subinde nummis augere, propriaque delectationi servare consueuit.*

Ista igitur felicitate, quae vix millesimo obtingit, quotidie fruens, consilium capiebam, quintuplex cum Deo & die opus Numismaticum edendi, quo Historiam INVICTISSIMI IMPERA-

windlichsten Käysers LEOPOLDI, die Sächsische und Brandenburgische / nicht weniger die Ecclesiasticam & Litterariam mit Müntzen zu erläutern. Wozu mich öffentlich anheischig machte in der an Seine Chur-Fl. Durchl. zu Brandenburg und ietzige Kön. Maj. in Preussen / gerichteten unterthänigsten Zuschrifft / welche dem Monate *Iulio* der Unterredungen 1694. darinnen die herrliche *Inauguration* der neuen Friederichs-*Universität* zu Halle beschrieben / vorgesetzt ist. Ja ich reisete folgenden Jahrs selbst nach Berlin / und fand bey dem Herrn Rath Beger die erwünschte *Addreße* zum Churfürstl. *Cabinet*, darinnen Er mir alle *Raritäten* zeigete / und was ich nur verlangete / auffzeichnen ließ / daher denn der Brandenburgischen Müntzen *Catalogus* im *Iulio* der Unterredungen 1695. erwachsen. Auff eben derselben Reise besahe ich diese Chur-Fürstl. Residentz-Stadt Dreßden zum erstenmahl / und ob schon der damahlige Ober-Hoff-Marschall / Herr von Haugwitz / im Emser-Bade war / so wurde doch dessen schon sehr berühmtes *Cabinet* von Herrn Hoff-Rath Triern / der es damahls in Verwahrung hatte / gütigst mir gewiesen; auch von Hn. Schlegeln / vermöge unserer alten Freundschafft / sowohl bey seinem *Hospite*, dem Herrn Lehn-*Secretario* Lichtwern / und andern Liebhabern der *Medaillen*,

TORIS LEOPOLDI, tum Saxonicam & Brandenburgicam, Ecclesiasticam *denig; &* litterariam, *nummis illustrarem. Cuius publice spem feci ad SERENISSIMVM ELECTOREM BRANDENBVRGICVM, hodie BORVSSIAE REGEM, Dedicatione humillima, Colloquiorum menstruorum anni* CIↃ IↃC XCIV. *Iulio, splendidissimam Academiæ Fridericianæ Halensis inaugurationem depingenti, præfixa. Quin proximo anno ipse Berolinum accessi, optato ad Nummophylacium Electorale gauisus aditu, Amplissimo Consiliario Begero rariora quæuis monstrante, vtque in vsus meos, quæcunque vellem, describerem, beneuole permittente. Vnde natus est Brandenburgicorum Numismatum Index, mense Colloquiorum Iulio* CIↃ IↃ CXCV. *Eodem itinere primum salutaui Electoralem hanc sedem, Dresdam, ac licet* supremus tunc Aulæ Marescallus, Excellentissimus Dominus de Haugwiz, *Thermis vteretur Emsensibus, Nummophylacium tamen eius, iamtum celeberrimum, Amplissimus Consiliarius aulicus Trierus, qui seruabat, beneuole ostendit: & Cl. Schlegelius, pro veteri nostra amicitia, tam Hospiti suo, Secretario rerum feudalium meritissimo, Lichtvero, quam aliis Numismatophilis, me com-*

 men-

len, guten Zutritt gemacht / und noch gar neulich zu Arnstadt verschiedene rare Sächsische Stücke / die Er selbst hie und da abgeformet / *communiciret*.

Denn weil die gantze Hoch-Fürstl. Sachsen-Ernestische Linie / nach *D. Casparis Sagittarii, Professoris* zu Jena / Tode / *an. 1694.* mich mit dem *Charactere* eines Sächsischen *Historiographi* begnadet hatte / so erforderte meine Schuldigkeit / die Sächsischen *Medaillen* vor andern zusammen und zu beschreiben. Derohalben ich *an. 1696.* anfieng / dieselben in gewisse *Classen* einzutheilen / und nach Gelegenheit des zu Gotha angestellten Fürstl. Beylagers / die auff solche *Solennitäten* im Hause Sachsen bißher verfertigten *Medaillen* zu erzehlen. Weil nun solches an denen Fürstl. Höfen nicht unangenehm zu seyn befand / so erklärte in folgendem Jahre in dreyen Tractätlein die jenigen / so ich auf Kirch-Weihungen / Chur- und Fürstinnen / und Gebuhrts-Tage gemacht gefunden; welchen *an. 1699.* die / so auf Einseegnungen / Huldigungen / Krieg- und Frieden / Ritter-Orden und Ritter-Spiele / und endlich auff Begräbnisse gepräget / nachfolgeten. Von diesen Neun Tractätlein habe ich die ersten Fünffe vermehret / alß sie Herr Bielcke zu Jena *an. 1700.* alle zusammen drucken ließe.

In ietzt-gedachtem Jubel-Jahre schiene mein Vorhaben ein sonderbahres Glück an / indem der ob-belobte **Herr von Haugwitz** mich freywillig zu sich nach

Berlin

commendauit, nuperrimeque Arnstadii quædam Saxonica rariora, hinc inde congesta, communia mecum esse voluit.

Cum enim tota Serenissima Linea Saxonum Ernestina, *defuncto D. Caspare Sagittario, Professore Ienensi, anno* CIↃ IↃ CXCIV. *Historiographi Saxonici Characterem clementissime mihi contulisset, tum mei omnino erit officii, Numismata Saxonica præ cæteris colligere describereque. Cœpi ergo an.* CIↃ IↃ CXCVI. *certis ea classibus disponere, optimamque nuptiis Gothæ Ducalibus occasionem præbentibus, quæ in domo Saxonica hactenus eius generis prodierant, enumerare. Quod Principum Aulis ingratum non esse intelligens, proximo anno tribus Schediasmatibus illustraui, quæ in Encænia, in Electrices Ducissasque, ac in dies Natales cusa mihi obtigerant: quibus anno* CIↃ IↃ CXCIX. *subiunxi in Consecrationes Baptismales, Homagia, Bellum Pacemque, Ordines & ludos equestres, Exequias denique facta. Quinque priores harum nouem Diatribarum auctiores dedi, cum Bielkius Ienensis an.* CIↃ IↃ CC. *vno omnes fasciculo comprehenderet.*

Anno isthoc Iubilæo propositum meum singularis secundabat fortuna, Excellentissimo Haugwizio *supra laudato Berolinum sponte me accersente,*

Berlin erforderte / sein Sächsisches *Medaillen-Cabinet* nebst dem darüber verfertigten *Catalogo* in richtigere Ordnung zu bringen. Da hatte ich die beste Gelegenheit / den mit großen Kosten und Fleiß in so vielen Jahren gesamleten Schatz nach Wunsch zu durchsehen / und was mir mangelte / auffzuzeichnen. Und nachdem Seine Hoch-Fürstl. Durchl. der regierende Hertzog zu Weimar das *Cabinet* bald hernach an sich erkauffte / sandten Sie mich zu Ende des Jahrs hin / dasselbe abzuhohlen / woran Sie nachgehends zum öfftern Dero selbst eigene Belustigung und Vergnügen gehabt haben.

Aber die grösseste Vollkommenheit ist meinem Wercke allhier in der Königlichen und Chur-Fürstl. Residentz-Stadt Dreßden zugewachsen. Denn alß im Anfange des nechstverwichenen Jahrs Ihrer Kön. Majest: Sächsisches *Medaillen-Cabinet* durch das Wermuthische einen großen Zugang bekommen / und selbiges Dero Cammer-Herrn und Ambts-Hauptmann zu Nossen / Herrn von Schönberg / auff Wilßdruff und Limbach / unter die Hand gegeben worden; habe durch dessen gute *Recommendation* ich nicht nur selbiges in Ordnung bringen helffen / sondern auch / weil unvergleichlich-rare Stücke darinnen zu finden / (indem dieses *Cabinet* nicht weniger / alß die Kunst-Kammer / von dem Preißwürdigsten Chur-Fürsten Augusto seinen Anfang hat /

vt Nummophylacium eius Saxonicum, vna cum Catalogo ad id spectante, melius ordinarem. Quo facto optima adfulgebat occasio, thesaurum tantis sumtibus curisque, tot annorum spatio collectum, ex voto lustrandi, & annotandi, quæ mihi deerant. Serenissimus *deinde* Dux regens Vinariensis *Nummophylacium istud sibi comparauit, meque ad transferendum ablegauit, sæpius oblectamentum inde dulcissimum capiens.*

Maxima autem Operi meo perfectio in Regia hic Electoralique sede Dresda accessit. Cum enim anni proxime elapsi initio Nummophylacio AVGVSTISSIMI REGIS NOSTRI *Saxonico magnum ex Wermuthiano incrementum accederet, idque Per-Illustri* Domino de Schœnberg, *Cubiculi Regii Comiti Præfectoque Nossensi supremo, Dynastæ in Wilsdruff & Limbach, committeretur, hoc commendante illi non solum ordinando adfui, sed, cum incomparabilis raritatis Numismatibus id splendeat, (quod non minus, ac Gazophylacium, laudatissimo AVGVSTO Electori suam debet originem, a Suc-*

hat / und von dessen Durchlauchtigsten Nachfolgern / sonderlich Chur-Fürst Johann Georgen dem Andern / vermehret worden /) alsobald den Schluß gefasset / mit *Publicir*ung des Wercks länger nicht zu warten. Da zumahl viele unter den Königl. und Chur-Fürstl. *Ministris* mir nichts versaget / was in ihren *Cabinet*en zu meinem Zweck dienliches zu finden. Deren mir allezeit wertheste Nahmen ich lieber im Stillschweigen verehren / alß Ihre große *Meriten* mit geringen Lobsprüchen verdunckeln will.

Damit aber alles um so viel weniger mangelhafft erschiene / habe ich verwichenen Sommer selbst eine Reise nach Weimar / Gotha und Arnstadt gethan / allenthalben mit gnädigster *Permission*, was mir noch von *Medaillen* fehlete / in Haußblasen abgeformet; im Rück-Wege zu Leipzig aus dem vom Herrn Stadt-Syndico Gräven *colligir*ten und mir schon mehrmahls gezeigten *Cabinet* der herrlichen Raths-*Bibliothec*, ein und anders ausgelesen; und endlich bey dem Herrn Lantzlar von Einsiedel zu Merseburg / welcher keine Unkosten sparet / sein Sächsisches *Medaillen-Cabinet* vollkommen zumachen / gleichsam die Spitze darauff gesetzet. Doch kan mir leicht einbilden / daß / so großen Fleiß ich und andere auffgewendet / dennoch bey den Liebhabern hin und wieder noch einige Sächsische *Medaillen* stecken /

a Succeſſoribus Sereniſſimis, IOANNE inprimis GEORGIO II. ſubinde locupletatum,) ſtatim decreui, absque vlteriori mora Opus ipſum publicæ luci adſerere. Quando inprimis multi Regiorum & Electoralium Miniſtrorum nihil nobis denegarunt, quod in ſcriniis habebant, ſcopo noſtro utilia. Quorum nomina mihi ſemper ſuaviſſima tacite venerari malo, quam merita illorum maxima ieiunis laudibus obſcurare.

Vt autem noſtris deſideriis omnia correſponderent, præterita æſtate Vinariam, Gotham, Arnſtadiumque iter ipſe ſuſcepi, clementiſſima ubique permiſſione, quæ mihi adhuc deerant ectypa, ichthyocollis formans: in reditu Lipſiæ ex Bibliothecæ Senatoriæ Nummophylacio, quod Conſultiſſimus Syndicus Græuius *colligit, mihique ſæpius oſtendit, nonnulla ſe'igens; tandem apud Excell.* Cancellarium *Merſeburgicum*, Dominum de Einſiedel, *qui nullis parcit ſumtibus Nummophylacio ſuo Saxonico perficiendo, coronidem quaſi impoſui. Facile tamen mihi perſuadeo, quantamcunque ego cum aliis diligentiam adhibui, apud curioſos tamen quædam hinc inde occultari Numiſmata, nobis nondum viſa.*

stecken / die uns nicht zu Gesichte kommen. Auf welchen Fall ich hiermit die Besitzer öffentlich gebeten haben will / entweder mit Abdrücken in Bley oder Haußblasen / oder mit *accuraten* Abrissen mir an die Hand zu gehen / und versichert zu leben / daß ich ihre Gütigkeit öffentlich rühmen werde. Wie mir denn nicht weniger lieb seyn soll / wenn einer oder der andere etwas bey der Erklärung selbst zu verbessern findet / und mir *communiciret*.

Was diese Erklärung der *Medaillen* anbelanget / so habe mich nach des *Luckii* und *Bizots* Exempel gerichtet / und nur so viel von der Historie / als dazu vonnöthen / beygebracht. Denn es werden noch viel Jahre hingehen / ehe entweder die schon vielmahl versprochene vollständige Sächsische Historie / oder auch nur der Kern derselben / ans Licht kömmet. Doch wird der geneigte Leser vieles / das bißhero unbekant / oder nicht gnugsam ausgeführet / in diesem Wercke gewahr werden / und durch die angenehme Beyhülffe der *Medaillen* desto eher behalten. Es ist aber zu bedauren / daß viele *Medaillen*, sonderlich Chur-Fürst *Augusti*, mit keiner Jahr-Zahl bezeichnet / uñ in keiner Ordnung / sondern nur durch Muthmaßungen / zu diesem oder jenem Jahre *appliciret* werden können. Uber diß werden die meisten Personen des Durchl. Sachsen-Hauses / beyderley Geschlechts / welche zu ihren Jahren kommen / in *Medaillen* vorgestellet / woraus die *Genealogie* ein großes Licht bekömmet.

Endlich /

Hoc pacto publice rogatos velim possessores, vt vel ectypis plumbeis siue ichthyocollaceis, vel delineationibus accuratis me iuuent, certi, istam beneuolentiam me publice prædicaturum. Nec gratum minus acceptumque mihi accidet, si quis in ipsis explicationibus quædam inueniens monenda, mecum communicaverit.

Hanc nummorum interpretationem ad Luckii Bizotique exemplum adornaui, afferendo tantum, quæ ex Historia necessaria videbantur. Plures enim transibunt anni, priusquam toties promissa Historia Saxonica plenior, vel Nucleus saltem eius, prodeat. Benignus tamen Lector multa hactenus ignota, vel non satis exposita, in hoc Opere deprehendet, iucundissimoque Numismatum adminiculo, memoria facilius tenebit. Dolendum vero, multa Numismata, Electoris præsertim Augusti, certo anni numero carere, adeoque coniectando tantum & sine ordine, huic vel isti anno applicari potuisse. Præterea plerasque Sereniſſimæ Domus Saxonicæ *personas vtriusque Sexus, quæ ad ætatem venerunt adultam, Numismatibus expressos videbit, vnde magnum Genealogiæ lumen accenditur.*

Endlich/nachdem ich verschiedene mir bekandte Buchhändler / wegen des Verlags / umsonst angesprochen/ hatte schon beschlossen / das Werck / wie viel Mühe und Kosten ich auch darauff gewendet / gar liegen zu lassen: Wenn nicht Herr Wermuth sich freywillig zum Verlag angeboten hätte / weil er in Sachsen gebohren und erzogen / auch seine Beförderung daselbst gefunden. Fahren wir damit glücklich / so soll dem geneigten Leser ins künfftige mit mehr *Medaillen* der Königl. Chur- und Fürstl. Häuser in Teutschland auffgewartet werden.

Ist noch übrig / denen zu antworten / die das Werck lieber in einer / alß zweyen Sprachen zugleich / und lieber in *folio*, alß *qvarto*, gedruckt sehen möchten. Wegen der Sprachen habe dem vor wenig Jahren von etlichen Gelehrten angenommen Gebrauch folgen wollen. Denn hätte ichs nur Teutsch gemacht / so wäre denen Ausländern nichts damit gedienet gewesen / bey welchen es doch an *curieusen* Leuten nicht mangelt / die auch unter andern *Medaillen* die Sächsischen sammlen. Hätte ichs nur in *Lateinischer* Sprache ausgefertiget / so würde es unsern Teutschen Landsleuten nicht gefallen haben. Derohalben ichs in beeden Sprachen geschrieben / damit des **Hohen Sachsen-Hauses** Ruhm nicht nur in unserm Teutschlande / sondern / so weit die Lateinische Sprache der Gelehrten bekannt ist / immer mehr und mehr erschallen möge. Nechst dem habe ich die *Lateini-*

schen

Denique Bibliopolas quosdam mihi notos frustra sollicitans, totum Opus, quantocunque labore sumtuque mihi constitisset, desertum relinquere decreveram; nisi sponte Wermuthius ad sumtus ferendos se obtulisset, quippe in Saxonia natus, educatus, sculptorisque officio admotus. Si bene id nobis euenerit, plura Regiarum, Electoralium, Ducaliumque in Germania Familiarum Numismata Lectori benigno explicata dabimus.

Restat, vt illis respondeam, qui Opus hoc vna, quam duabus linguis, formaque deinde maiori, in folio, vt vocant, quam quarta, impressum mallent. Quoad linguas, vsum aliquibus eruditorum paucos ante annos receptum sequi consultum duxi. Nam si Germanice tantum scripsissem, exteris nihil profuisset, apud quos tamen haud desunt homines curiosi, inter alia Numismata, Saxonica etiam colligentes. Si Latino solum idiomate edidissem, non placuisset ciuibus nostris Germanis. Quare utrumque elegi, vt summa Saxonicæ Gentis *gloria non in Germania tantum nostra, sed quaqua patet Latina doctorum lingua, magis magisque resonaret.*

schen Auffschrifften der *Medaillen* gleich gegen über ins Teutsche; die Teutschen aber ins *Lateinische* übersetzen/ und also beydes die Teutschen / und außwärtigen Leser/ der Mühe des Dolmetschens überheben können / welches vielen sehr beschwerlich vorkömmet. Weil ich auch von etlichen nur die erste Seite / nicht aber den *Revers* erlangen können / so habe bey denenselben einen leeren Circul machen lassen / üm die *curieusen* Liebhaber dadurch auffzumuntern / daß Sie die völligen *Originalien* ausforschen / und nicht allein die noch mangelnde Seite in ihr Exemplar beyzeichnen / sondern auch mir gütigst *communici*ren mögen.

Daß ich aber das Werck nicht in *folio*, sondern in *qvarto* drucken lassen / ist die vornehmste Ursache/weil sonst die Kupffer entweder gar zu viel leeren Raum haben / oder gar zu enge in einander gestochen werden müssen. Und fället meines Erachtens viel besser in die Augen / wenn die zu einem Fürsten / oder zu einer *Materie* gehörige *Medaillen* ihre gewisse Platten und Abtheilung haben/alß wenn alles unter einander her gemischet ist. Endlich / weil bey uns mehr alte / alß junge Liebhaber der *Medaillen* sind / so habe etwas grössere Schrifft dazu genommen / worüber auch einige bereits ihr Wohlgefallen bezeuget haben. So lebet denn wohl/ Ihr geneigten Lesere / und bleibet mir und meinem Vorhaben ferner gewogen.

Præterea hoc inde compendium nascitur, vt Latinas Numismatum inscriptiones statim e regione Germanice; Germanicas autem Latine vertere, adeoque & Germanos, & exteros Lectores transferendi liberare potuerim labore, qui multis tædiosissimus est. Denique cum nonnullorum prior saltem pars, sive aduersa, ad manus meas peruenerit, deficiente posteriori, seu auersa; circulum illis vacuum adiici curaui, ut stimulum curiosis addam, ad prototypa pleniora exquirenda, vnde non tantum partem, quæ deest, in suo exemplari facile delineare, sed & beneuole communicare mecum poterunt.

Ne autem in folio, sed in quarto Opus ederem, causa est præcipua, quod tabulæ alioqui æneæ vel spatio iusto ampliori vel angustiori dispositæ apparerent. Ac me iudice adspectu multo iucundius est, quando Principis vnius, vniusque argumenti Numismata suis constant bracteis dimensionibusque, quam omnibus sine discrimine inter se permixtis. Postremo cum apud nos plures sint seniores, quam iuniores studii Numismatici Cultores, maioribus vsi sumus typis, quos iamtum aliquibus non displicuisse intellexi.

Valete, beneuoli Lectores, ac Vestrum erga me meaque studia fauorem conseruate.

Erinnerung an die Buchbinder.

DJe Kupffer-Tabellen werden allezeit in das Blat gemacht/ welches oben bey ihrer Zahl gezeichnet ist. Nemlich: *Tab. I.* pag. 13. *Tab. 2.* pag. 21. *Tab. 3.* pag. 41 *Tab. 4.* pag. 57. *Tab. 5.* p. 69. *Tab. 6.* pag. 75. *Tab. 7.* pag. 79. *Tab. 8.* der erstere Theil pag. 85. der andere pag. 86. *Tab. 9.* pag 88. *Tab. 10.* pag. 95. *Tab. 11.* pag. 103. *Tab 12.* pag. 122. *Tab. 13.* pag. 133. *Tab. 14.* p. 153. *Tab. 15.* pag. 173. *Tab. 16* pag. 197. Und damit alle Confusion desto mehr vermieden werde / so sind alle Kupffer und Bogen / jene oben / diese unten gezeichnet: Die zur Albertinischen Linie gehören / mit *Lin. Alb.* die zur Ernestinischen mit *Lin. Ern.*

AD BIBLIOPEGOS.

FIguræ æneæ semper annectendæ sunt folio, quod cuiuslibet earum initio notatur: *Tab. I.* pag. 13. *Tab. II.* p. 21. *Tab. III.* pag 41. *Tab. IV.* pag. 57. *Tab. V.* pag. 69. *Tab. VI.* pag 75. *Tab. VII.* pag. 79. *Tab. IIX.* Pars prior pag. 85. Pars posterior pag. 86. *Tab. IX.* pag. 88. *Tab. X.* pag. 95. *Tab. XI.* pag. 103. *Tab. XII.* pag. 122. *Tab. XIII.* pag. 197. *Tab. XIV.* pag. 153. *Tab. XV.* pag. 173. *Tab. XVI.* pag. 153. Vtque omnis tanto magis evitetur confusio, omnes figuræ plaguiæque, illæ infronte, hæ ad calcem signatæ sunt, quæ ad lineam Albertinam faciunt, litteris *Lin. Alb.* quæ ad Ernestinam, *Lin. Ern.*

Sächsi-

Sächsisches Medaillen-Cabinet.

Erster Theil Der Albertinischen Linie

Von

Hertzog Albrechten

Biß auff

Chur-Fürst Augustum.

NVMMOPHYLACIVM SAXONICVM.

PARS PRIMA *LINEAE ALBERTINAE*

A

DVCE ALBERTO

VSQVE AD

AVGVSTVM ELECTOREM.

Hertzog Albrecht.

1.

Albrecht/ Hertzog zu Sachsen/ wird wegen seiner grossen und herrlichen Thaten billich der Großmüthige genennet. Dessen Leben unter andern Conradus Wimpina, der zu seiner Zeit gelebet/ in gebundener/ und Michaël Boiemus (oder Böhme) in ungebundener Rede beschrieben haben. Hier ist zuförderst von Ihm zu mercken/ daß Er der glückseeligste Stam-Vatter sey der heutigen von Ihm genennten Chur-Linie.

2. Ob

DVX ALBERTVS.

1.

ALBERTVS, Dux Saxoniæ, ob res fortissime gestas *Animosi* Cognomen merito tulit. Cuius vitam Conradus Wimpina ipsi coæuus Carmine, Michaël Boiemus prosaico sermone descripserunt. Hoc loco inprimis notandum, esse illum hodiernæ lineæ Electoralis ab ipso denominatæ Parentem felicissimum.

2. Ob er iemahls Gedächtniß-Müntzen und Medaillen (oder nach teutscher Ausrede / Medallien /) prägen lassen / kan ich nicht gewiß sagen; Wenigstens habe noch kein unstreitiges Original gesehen. Courant-Müntzen findet man genug / darauf entweder die Nahmen E. A. (Ernst und Albrecht Gebrüdere /) oder E. W. A. (gedachte beyde Brüder / nebst ihres Vaters Bruder / *Wilhelmo*,) oder FRID. ALB. IOH. (unser Hertzog Albrecht zwischen seines Bruders Söhnen / Churfürst Friedrichen und Hertzog Johansen) zu sehen; wie denn auch diese drey Nahmen auf den ersten und rarsten Sächsischen Thalern / mit den dreyen Köpffen in langen Haaren vorkommen.

Auch

II. Affirmare neqveo, an vnquam Numismata mnemonica, siue vt Galli appellant, *Medailles*, cudi iusserit Albertus; saltem nullum adhuc vidi Archetypon, extra omnem dubitationis aleam positum. Prostant quidem variæ monetæ vsuales, nomina *E. A.* (*Erneſti* & *Alberti* fratrum,) vel *E. W. A.* (dictorum fratrum, interiecto medio *Wilhelmo* patruo,) vel FRID. ALB. IO. (*Alberti* nostri inter fratris Ernesti filios, *Fridericum* Electorem, *Ioannemq.* Ducem,) præferentes; eaqve tria Principum nomina primis rarissimisq; Imperialibus siue vncialibus, qui tribus capitibus, longiori capillitio ornatis, splendent, impressa videmus.

Præ-

Auch hat Hertzog Albrecht in seiner eigenen Müntz-Städte zu Leipzig Rheinische Gold-Gülden / mit seinem Nahmen allein gezeichnet / müntzen lassen; welche deßhalben Johannem den Täuffer vorzeigen / weil die Salfeldische Grube / daraus das Gold genommen / dieses Johannis Nahmen führen soll. Demnach aber ietzo unser Vorhaben auf die Courant-Müntzen nicht gerichtet / so habe damit nicht anfangen mögen.

3. Zwar Petrus Albinus, Churfürstlicher Sächsischer Historicus und Secretarius, in der Meißnischen Berg-Chronica / im Anfange des fünfften Tituls pag. 45. schreibet von den ältesten Sächsischen Thalern oder Gülden-Groschen also: Seynd zu müntzen angefangen von dem Schneebergischen Bergwerck / un-

Præterea Dux Albertus in propria officina monetaria Lipsiæ aureos Rhenanos cudi fecit, suo solum nomine signatos; qui Ioannis Baptistæ effigiem præferunt, quoniam fodina Salfeldensis, vnde aurum desumtum fuit, Ioannis illius nomine appellari dicitur. Sed quia monetæ vsuales ad propositum iam nostrum non pertinent, initium illis facere nolui.

III. Petrus quidem Albinus, Secretarius & Historicus Electoralis Saxonicus, in Chronico rerum Misniæ metallicarum, tituli quinti principio pag. 45. refert, vetustissimos thaleros, sive, ut initio appellabant, *Gülden-Groschen*, cudi cœpisse ex fodinis Sneebergensibus

unter Chur-Fürst Ernst und Hertzog Albrecht/ wie man denn dieselben ältesten zweyköpffigte Thaler pflegt zu nennen. Welches Andreas Mollerus in seinen Freybergischen Annalibus bey dem Jahr 1485. gar dahin ziehet/ als wären sie zum Gedächtniß der in selbigem Jahre geschehenen Landes-Theilung gepräget. Wovon aber nicht allein Albinus nichts weiß/ sondern es will sich auch der Thaler selbst weder in Original, noch in den Müntz-Büchern nirgends finden/ wie ich im Anfange meines Tractätleins von den Sächsischen Huldigungs-Medaillen mit mehren gelehret habe. Doch ist mir eine Medaille mit zweyen Köpffen vorkommen/ die denen obgedachten beyden Brüdern etwas ähnlich/ aber mit keinen Nahmen beschrieben sind. Damit werde ich die Ernestinischen

sub Ernesto Electore Duceque Alberto, vocatosque primos istos thaleros bicipites, quippe binis illorum capitibus signatos. Quod Andreas Mollerus in Annalibus Freibergensibus ad An. CIↃCCCC LXXXV. eo extendit, quasi in memoriam divisionis terrarum, illo anno institutæ, facti fuerint. Quod tamen & Albinus nescit, & ipse vncialis nec in archetypo, nec in libro quopiam monetario vspiam reperitur, vti pluribus docui initio Diatribæ de Nummis Saxonicis Homagialibus. Inueni tamen Numisma duobus capitibus signatum, quæ Fratrum istorum bigæ aliquantum sunt similia, nullis vero nominibus adscriptis. Eo Nu-

stintische Linie anfangen/ wohin sich der geneigte Leser weisen lassen wolle. Denn ob sie gleich unstreitig Chur-Fürst Ernsten und Hertzog Albrechten gebührete / so wäre sie doch vielmehr dem Aeltern/ als dem Jüngern Bruder zuzueignen.

4. Andere prangen mit einem Thaler/ den Hertzog Albrecht Anno 1486. bey der Wahl des Römischen Königes Maximiliani des Ersten/ zu Franckfurt am Mayn/ solle haben schlagen lassen/ entweder zum Gedächtniß der darbey gehaltenen Ritter-Spiele; oder weil Hertzog Albrecht damahls wie Königlicher Hoff-Meister und Marschall war/ daß diese Müntzen gleich bey der Crönung zu Aachen zum Ausstreuen parat wären. Auf einer Seiten ist der einfache gekrönte Adler des Römischen Königes/ um-

Numismate lineam Ernestinam inchoabo, quorsum benenuolus Lector amandari se patiatur. Etiamsi enim id extra controuersiam Electori Ernesto Ducique Alberto deberetur, seniori tamen fratrum potius, quam iuniori foret tribuendum.

IV. Alii superbiunt Imperiali, quem Dux Albertus Ao. CIↃ CCCC LXXXVI. in electione Romanorum Regis, Maximiliani primi, Francofurti ad Mœnum fieri iusserit, siue in ludorum equestrium tunc celebratorum memoriam; siue, cum Albertus Præfecti aulici Mareschallique Regii instar tunc fuerit, vt statim in coronatione Aquensi ad dispergendum parati essent nummi. In aduersa aquila Regis Roma-

umschrieben: NVMVS. ROMANORVM. REGIS. das ist/ Pfennig des Römischen Königes. Auf der andern mitten das Sächsische Wapen zwischen einer Rose und Creutz/ mit der Umschrifft: ALBERTVS DVX SAXO. FR. FVR. Albrecht Hertzog zu Sachsen in Franckfurth. Ich habe zu Anfang meines Tractätleins von den Sächsischen Ritter-Ordens- und Ritter-Spiels-Medaillen von beyderley Muthmassungen meine Gedancken eröffnet/ und nicht verschwiegen/ daß solcher Thaler falsch sey/ und nach dem in einem Niederländischen Ao. 1627. zu Antwerpen gedruckten Müntz-Buche befindlichen alten Stuyver von Frießland/ extendiret und abgerissen worden. Denn da stehet auch auf einer Seite der Römische gekrönte Adler/ umschrieben: NVMVS. ROMANORVM. RE-

manorum simplex coronata, annusque notatur, cum perigraphe: *NVMVS ROMANORVM REGIS.* In auersa clypeus Saxonicus in medio Rosæ & Crucis, cum inscriptione: *ALBERTVS DVX SAXO. FR. FVR.* Initio Dissertationis meæ de nummis ordinum ludorumque equestrium Saxonicis, de vtraque opinione dixi, quæ in mentem veniebant, non dissimulans, Thalerum illum suppositicium, & ad monetam Frisiæ minorem in libro monetarum Belgicarum Antuerpiæ An. CIↃ IↃC XXVII. edito delineatam, videri extensum effictumque. Nam & in illa habetur aquila coronata, cum perigraphe: NVMVS,

REGIS. das ist/ Pfennig des Römischen Königes. Auff der andern Seite das Sächsische Wapen in einem Creutz und Rose/ mit der Umschrifft: ALBERTVS. DVX. SAXONIE. FRNFVR. Albrecht Hertzog zu Sachsen/ in Franckfurt.

5. Eben daselbst habe aus gedachten Holländischen Müntz-Buche eine andere alte Frießländische Müntze beschrieben/ auff der einen Seite das fünffschildigte Sächsische Wapen/ zwischen vier Lilien/ umschrieben: ALBERT. DVX. SAXON. GVB. FRIS. Albrecht/ Hertzog zu Sachsen/ Stadthalter in Frießland. Auff der andern der gecrönte doppelte Reichs-Adler in einem von zwey Löwen gehaltenen Schilde/ umschrieben: DEI. GRATIA. REGES. REGNANT. von Gottes Gnaden regieren die Könige. Herr Schlegel hat in seinen Bibliis in Num-

Lin. Alb. P. I. mis

MVS. ROMANORVM. REGIS. in priori latere; in posteriori clypeus Saxonicus in medio crucis & Rosæ, circumscriptus: ALBERTVS. DVX. SAXONIE. FRNFVR. *Francofurti.*

V. Eodem loco ex allegato monetarum Belgicarum libello, aliam Frisiæ monetam antiquam descripsi, cuius vna pars sistit quinque insignium Saxonicorum clypeos, inter quatuor lilia, cum lemmate, ALBERT. DVX. SAXON. GVBernator FRIsiæ. Altera aquilam Imperii coronatam bicipitem in clypeo, quem duo tenent leones, cum inscriptione: DEI. GRATIA. REGES. REGNANT. Cl. Schlegelius primo Bibliorum in Nummis, vt

mis im ersten Supplemento pag. 101. nicht nur Stuyver / sondern auch Thaler / mit diesem Gepräge angeführet / und selbige von Hertzog Albrechten zum Andencken seiner Anno 1489. angetretenen Stadthalterschafft in Frießland gepräget zu seyn erachtet / mit dem Beysatze: Worinn er zugleich danckbar erkandte / weme er solche erlangte Würde vornehmlich zudancken hatte: Wiewohl er nachmahls erfuhre / daß er solche mit dem grösten Ruin seines Landes empfangen hatte. Weil aber im gedachten Holländischen Müntz-Buche nur Groschen oder Stuyver / keine Thaler angezogen sind / mir auch von diesen niemahls ein Original

vocat, supplemento pag. 101. non solum minores nummos, seu Stüueros, sed & maiores, vnciales siue Thaleros, hac signatura protulit, eosque a Duce Alberto in Gubernationis Frisicæ an. CIↃ CCCC LXXXIX. initæ memoriam cusos putauit; addens, Albertum simul grato animo agnouisse, cui dignitatem illam recens partam præcipue deberet: quanquam postea experiretur, se illam summo cum prouinciarum hæreditariarum damno accepisse. Quandoquidem vero citatus liber monetarum Belgicus Grossos tantum, siue Stüueros, nullos Thaleros eiusdem typi ostendit, horumque mihi nullus unquam archetypus visus

nal zu Gesichte kommen; so fehlet wenig / daß ich sie nicht eben auff die Art / wie die vorhergedachten / erdichtet zu seyn / angebe. Die kleinere Müntzen aber wolte ich nur vor blosse Courant- nicht Gedächtniß-Müntzen halten / ob sie schon / wie andere dergleichen / einen Biblischen Spruch führen. Denn in obgedachtem Holländischen Müntz-Buche stehen auch Frießländische Gold-Gülden / so Hertzog George / als Stadthalter / schlagen lassen / die ich aber als blosse und darzu schlecht und unvollkommen abgerissene Courant-Müntzen / so wohl als die nechstgedachten / vorbey zugehen vor rathsamer erachtet.

6. So ist nun nichts mehr übrig von Hertzog Albrechten / als ein paar Medallien / eine alte und neue / so zu

visus est; parum abest, quin hosce Thaleros eodem modo, ut præcedentes, suppositos pronunciem. Minores autem illos nummos pro mere vsualibus, non memorialib⁹ habere malim, quamvis vt alii eius generis, dicto Biblico ornatos. Etenim in sæpe citato libro monetarum Belgico prostant quoque aurei Frisici, a Duce Georgio, tanquam Gubernatore, cusi, quos tamen, mere quippe vsuales, minusque accurate & imperfecte delineatos, vti & proxime memoratos, prætermittere consultius putavi.

VI. Nihil igitur superest de Duce Alberto, præter duo Numismata, vetustius vnum, alterum

zu seinem Gedächtniß geschlagen worden/ und

die erste Tabelle

anfangen. Daß jene auff Chur-Fürst Augusti Befehl nebst andern dergleichen gepräget / werde drunten unter dieses Chur-Fürstens Medallien bey dem Jahr 1575. wahrscheinlich machen. Sie præsentiret Hertzog Albrechts Brust-Bild in der ordentlichen Kleidung / da unter dem Mantel der Orden des güldenen Vliesses hervorblicket / und das Haupt mit einem Hute bedecket ist. Wer Gelegenheit hat / dieses Hertzogs Gemählde in der Churfürstlichen Kunstkammer / und in der Raths-Stube allhier zu Dreßden zu sehen / der wird finden / daß kein Ey dem andern gleicher seyn könne. Die Lateinische Umschrifft heisset auff Teutsch so viel: Albrecht von GOttes Gnaden/ Hertzog zu Sachsen/ Friedrichs des Andern Sohn

rece tius, in eiusdem memoriam cusa, quæ

Tabulam primam

incipiunt. Illud Augusti Electoris mandato, iuxta cum aliis similibus factum, infra in huius Electoris Numismatibus ad An. CIↃIↃ LXXV. verosimile reddam. Exhibet Alberti effigiem, vestitu ordinario, sub pallio aurei velleris ordo splendet, caput pileo tectum. Si cui est occasio, Ducis huius effigies pictas in Cimeliarchio Electorali, inque Senatus Dresdensis Conclavi adspiciendi, is facile reperiet, ovum ovo similius esse non posse. Inscriptionem explicatius dabimus: *ALBertus Dei Gratia DVX SAXoniæ. FILius FRIderici II. NASCitur GRIMmæ An-*

Lin. Alb. DVX ALBERTVS. Tab. 1. p. 15.




I. p. 12.





II. p. 13.



DVX GEORGIVS

I. p. 17.



II p. 25.





III. p. 26. 27.

Sohn / wird gebohren zu Grimma im Jahr 1443. hat gelebet 57. Jahr. Auff der andern Seiten ist das völlige Sächsische Wapen / mit zugehörigen Schildern und Helmen / und der Lateinischen auf Teutsch so viel heissenden Umschrifft: Ist gestorben zu Embden / einer Ost-Frießländischen Stadt / im Jahr 1500. begraben zu Meissen. Diese Medallie ist so schön und rar / daß sie nirgends / als in dem hiesigen Königlichen und Churfürstlichen Medallien-Cabinet in Gold gepräget anzutreffen / und deßhalben billich die erste Stelle verdienet.

7. Was in dieser Medallie von Hertzog Albrechts Leben und Tode kürtzlich gemeldet / das leget die folgende weitläufftiger aus / welche gantz neulich von Herrn Wermuthen zu Gotha gemacht worden / mit dem

Anno 1443. VIXIT. ANnos 57. Parte auersa sunt Insignia Saxonica integra, cum clypeis galeisque debitis, sequentibus perigraphe: OBIIT IN EMBDEN OPPIDO FRISIÆ ORIENTalis Anno M. D. SEPVLTus MISNÆ. Numisma hoc summæ elegantiæ tantæque raritatis est, vt nuspiam nisi in Regio Electoralique Nummophylacio Dresdensi aureum inueniatur, primumque adeo locum iure meritoque teneat.

VII. Quæ in isthoc Numismate brevi[9] de vita obituque Ducis Alberti habentur, prolixius exponit subsequens, novissime a Wermuthio Gothæ sculptum, ea inten-

dem Absehen / von allen regirenden Chur- und Fürsten zu Sachsen / davon man keine Begräbniß-Müntzen hat / dergleichen Medallien in Thalers-Grösse mit ihren Bildnissen und Lebensläufften zu verfertigen. Deßhalben stehen unter Hertzog Albrechts Bildniße die Buchstaben / C. W. C. PR. so neben des Medailleurs Nahmen anzeigen / daß selbige Medaillen unter Käyserlichem Privilegio außgehen. Des Hertzogs Bild stellet sich in Ordinar-Habit und Mantel / mit dem güldenen Vließ / Fürsten-Hute / und einer auf Teutsch so viel heissenden Umschrifft: Albrecht / Hertzog zu Sachsen / Stadthalter in Frießland. Der Revers enthält die Lebens-Beschreibung / welche ins Teutsche

tione, vt omnium Electorum Ducumque Saxoniæ, ad clauum olim regiminis sedentiũ, quorum nulli exstant nummi funebres, icones vitæque curricula, Numismatibus Thaleros æquantibus exprimeret. Propterea sub Ducis Alberti effigie litteras videm⁹ minutissimas: C. W. C. PR. nomen sculptoris, Cæsareumque priuilegium indicantes. Ducis imago veste consueta, pallio, vellere aureo, pileoque Ducali splendens, hanc ostendit perigraphen: ALBERTVS DVX SAXONIAE GVBERNATOR FRISIAE. Auersa pars continet præcipua vitæ momenta, ac quia minutis constat characteribus, plenius

sche also zu übersetzen wäre: Er war gebohren zu Grimma / den 27. Julii, 1443. Sein Vater war Chur-Fürst Friedrich der Gütige: Die Mutter Frau Margaretha Ertz-Hertzogin zu Oesterreich: Er war schon in der Jugend schön von Leibe / und muthig von Gemüthe: Im Jahr 1455. den 8. Julii, durch Cuntzen von Kauffungen geraubet / und diesem wieder vom Köhler abgenommen: so wohl daheim / als am Käyserlichen Hoffe zu grosser Hoffnung erzogen: hat 20. Jahr lang mit seinem Bruder / Chur-Fürst Ernsten / in gemeinschafftlichem Beginnen / Rathschlägen / Land und Hauß gelebet: Das an. 1471. ihm angetragene Böh-

nius describenda venit: *NATVS GRIMMAE* 1443. 27. *IVLii, PATre FRIDerico PLACIDo SAXonum ELECtore, MATRE MARGARETA AVSTRIACA. DECORE CORPORIS ANIMIQVE VI PVER SPECTATus. Anno* 1455. 8. *IVLii RAPTus PER KAVFFVNGVM ET HVIC EREPTus A CARBONARIO. DOMI ET IN AVLA CAESARIS AD SPEM MAGNAM FORMATVS. PER XX. ANNOS CVM FRATre ERNESTO ELECTore STVDIIS CONSILIIS DITIONE DOMO CONIVNCTVS. DELATVM*

An-

so zu Ulm den letzten Ianuarii datiret/ und Hertzog Moritzen schon den Titul des Ertz-Marschalls und Chur-Fürstens giebt. Woher zuschliessen/ warum der in die Acht erklärte Chur-Fürst Johann Friedrich auff den obigen Klippen nur Hertzog heisset. Es hat aber Hertzog Moritz selbst solchen Titul eher nicht geführet/ alß biß der Käyser ihm den 4. Iunii die Chur zu Sachsen im Feld-Lager vor Wittenberg nochmahls versprochen. Worauff er zwar seine Thaler und andere Müntzen also beschrieben: ob er aber damahls/ oder auch bey der auff dem Reichs-Tage zu Augspurg Anno 1548. den 24. Februarii beschehenen herrlichen Investitur, einige besondere Medaillen prägen und austheilen lassen

mo Ianuarii Vlmæ datum, Maritium titulo iamtum *Archi-Marschalli Electorisque* appellans. Vnde concludere licet, quare proscriptus Elector Ioannes Fridericus in nummis illis *Ducis* tantum nomine veniat. Ipse autem Mauritius axiomate illo prius non vsus est, quam promisso d. IV. Iunii ab Imperatore in castris prope Wittenbergam denuo Saxoniæ Electoratu. Quo facto Vallenses quidem suos, cæterasque monetas ita inscripsit: an autem siue tum, siue solennis in Comitiis Augustanis an. CIↃ IↃ XLVIII. die XXIV. Februarii factæ Inaugurationis caussa numismata peculiaria fieri distribuique curauerit, nusquam

Lin. Alb. MAVRITIVS ELECTOR. Tab. 10. p. 95.





sen / habe nirgends finden oder erfahren mögen.

5. Jedoch stellet uns Luckius in seiner Sylloge Numismatum pag. 147. eine grosse Medaille vor Augen / die Chur-Fürst Moritzen in seinem Chur-Habit præsentiret. Selbige hat in unserer zehenden Tabelle die erste Stelle: und ob ich gleich das Original in keinem Sächsischen Cabinet gefunden / so traue doch dem Luckio etwas bessers zu / als daß er sie gantz erdichten solten. Aber davor wolte ich nicht Bürge seyn / daß sie an sich selbst kleiner ist / und von ihm vergrössert abgebildet worden / welches er auch in andern zuthun pfleget. Man sagt / die Königin Christina habe sein Cabinet gekaufft: Wer nun eigentlichere Nachricht

spiam nec vidi neque comperi.

V. Luckius tamen in sua Numismatum Sylloge p. 147 maius quoddam oculis nostris exponit, Mauritium Electorem habitu Electorali sistens. Quod

Tabula nostra decima primum tenet locum: ac licet prototypon in nullo Saxonicorum Nummophylaciorum repererim, non tamen audeo, Luckium insimulare, quasi totum effinxerit. Sed nolim sponsionem facere, quin Luckius ex minori nummo delineauerit maiorem, quod ipsi solenne est. Ferunt, Christinam Reginam ipsius emisse Nummophylacium: quod si quis igitur accuratiorem desiderauerit noti-

richt haben will/ der muß nach Rom gehen/ und in der Königin Cabinet/ welches Don Liuio Odeschalchi, Pabst Innocentii XI. Enckel bekommen haben soll/ nachsehen. Wir bleiben indessen beym Luckio, und vernehmen/ wie er den sonderlichen Revers erkläret. Der Wallfisch im Meer/ spricht er/ ist von solcher ungeheuren Grösse/ und speyet mit solcher Gewalt den Strom aus seiner Nasen/ daß ihm die Schiffer mit Waffen und Geschoß keines weges wiederstehen können. Inzwischen erstatten sie durch einen listigen Fund/ was ihnen an Kräfften mangelt: und werffen ihm Fässer/ Ballen/ Balcken/ Stäbe/ und dergleichen entgegen/ damit/ indem er sich hierbey vergebens auffhält/ sie indessen Gelegenheit

notitiam', is Romam profectus in Reginæ Nummophylacio, quod ad Liuium Odeschalcum, Innocentii XI. Papæ Nepotem, peruenisse dicitur, quærat. Nos interim cum Luckio facientes attendamus, quemadmodum is auersam prorsus singularem exponat. *Est Balænæ*, inquit, *monstro maritimo, ea corporis vastitas, ea in effundendis per narium spicula procellis, vehementia: vt nautæ armis telisque nullo ei modo resistere queant. Cæterum stratagemate supplent, quod viribus decedit: obiiciunt dolia, pilas, trabes, bacillos, belluæ, vt, dum in hæc vires vane suas exercet, elabendi interim atque effu-*

heit haben/ zuentfliehen. Daraus entspringet aber die Politische Regul/ daß man die/ so uns an Macht und Gewalt überlegen sind/ nicht öffentlich angreiffen/ sondern heimlich dämpffen solle. Und mit diesen Künsten (HIS ARTIBVS) hat Chur-Fürst Moritz Käyser Carlen hintergangen/ wie er ihn (an. 1552.) bekriegen wollen. Er hat seinen Schmertz/ so gut er kunte/ verbissen/ den er über seines Schwehers/ des Landgraffens/ langwieriges Gefängniß/ und die vom Käyser so offt hindangesetzte Vorbitte/ gefast hatte. Er hat seine Gesandten auff das Concilium nach Trident geschickt/ welches wenig Potentaten gethan. Er hat

effugiendi occasionem habeant. Sed & tractum hac ex historia monitum: esse per cuniculos supplantandos, qui viribus ac potentia nobis sunt longe superiores; non aperto Marte oppugnandos. Et HIS quidem ARTIBVS vsus quoque fuit Mauritius Elector, contra Carolum Imp. in manus (an. 1552.) *arma sumturus. Dissimulauit, quantum potuit, ægrimoniam e Landgrauii soceri captiuitate diuturna, spretisque tot a Cæsare precibus, contractam: misit legatos suos ad concilium Tridentinum, quod ex Principibus fecere pauci: tectum habuit*

seine alliance mit Franckreich verschwiegen: hingegen zum Schein viel andere Sachen gethan/ daß er auch seinen Räthen in so wichtiger Sache einen blauen Dunst vorgemacht. Da aber alles nach Wuntsch fertig und bereit/ hat er seine Bitte in Waffen verwandelt/ und den Käyser unversehens angegriffen/ denselben sich von Inspruck den 21. Maii bey Nacht und Nebel mit der Flucht/ das ihm sonst in seinem gantzen Leben nie begegnet war/ zusalviren gezwungen. Welches alles Luckius mit mehren beschreibet/ deme die dahin gehörigen völligen Schrifften in Hortleders fünfften Buche beyzufügen.

VI. Nachdem in dem berühmten Passauischen Vertrage den 2. Augusti die Teutsche Freyheit und Religions-Friede wiederbracht worden/ führ-

fœdus, cum Gallo ictum: in speciem multa egit alia, quibus consiliariis quoque suis in tanto rerum molimine glaucoma obiiceret. Constitutis tandem ex sententia rebus suis, probeque stabilitis, preces in arma vertit, Cæsaremque ex improuiso aggressus, d. xxi. Maii Insbrucko intempesta nocte fugam, *quod nunquam in vita ipsi contigerat*, capere coëgit. Quæ omnia Luckius pluribus persequitur, cui scripta ipsa huc pertinentia ex quinto Hortlederi libro addenda veniunt.

VI. Libertate Germanica Paceque Religionis in Transactione Passauiensi d. II. Augusti, redditis, Mauritius Elector adsue-

tum

führete Chur-Fürst Moritz seine siegreiche Armee wieder die Türcken in Ungarn/ welche aber wegen seiner Ankunfft so erschracken/ daß sie alle aus einander lieffen. Auff welchen glorwürdigen Feldzug ich aber noch keine Medaille gefunden/ und also zu einem andern des folgenden Jahres fortgehe/ in welchem zwölfften und letzten Kriegs-Zuge der mit so viel Siegen gekrönte Chur-Fürst sein Leben selbst eingebüsset hat. Denn weil Marckgraff Albrecht zu Brandenburg den Passauischen Vertrag nicht annehmen wollte/ sondern in Francken mit Feuer und Schwerdt alles verwüstete/ und in des Chur-Fürsten Landen dergleichen zuthun drohete; so hörte die zwischen diesen beyden an Jahren und Gemüth gleichen Fürsten bißher in so vielen Kriegs-Zügen erhaltene genaueste Freundschafft auff/ und


tum victoriis exercitum aduersus Turcas in Hungariam ducebat, audito eius aduentu adeo perterrefactos, vt omnes auolarent. Hanc gloriosissimam expeditionem nullo hactenus Numismate celebratam inueni, adeoque ad aliam sequentis anni pergo, qua duodecima & vltima Elector tot victoriis coronatus vitam ipse amisit. Albertus enim Marchio Brandenburgicus transactione Passauiensi stare nolens, in Franconia ferro ignique vastabat omnia, terris Electoralibus idem minatus. Quo facto inter hos duos annis animisq; æquales Principes, hactenus in tot expeditionibus coniunctissima necessitudo interrupta, ac

und geriethen sie am 9. Iulii 1553. bey dem Dorff Sievertshausen und dem Schloß Peine in Nieder-Sachsen/ mit ihren stattlichen Kriegs-Heeren hefftig an einander: Und ob schon der Chur-Fürst/ alß der an Reuterey dem Marckgraffen überlegen/ den Sieg dazumahl erhielte; so wurde er doch mit einer silbernen (oder/ wie andere wollen/) eisernen Kugel/ nicht so wohl von einem Feinde/ alß von einem hinter ihm stehenden Verräther/ durch das Eingeweide dergestalt geschossen/ daß er zwey Tage hernach/ den 11. Iulii im Lager gestorben/ und den 23. dieses Monats zu Freyberg begraben worden. Hiervon giebt kurtzen Bericht Sleidanus lib. 25. weitläufftiger aber die hieher gehörigen Schrifften in Hortleders sechsten Buche/ insonderheit vom 6. biß 10. Capitel. Chur-Fürst Moritzens Bruder und Nachfolger/ Augustus, hat ihm zu Ehnono Iulii, die an. ↀↃ IↃ LIII. ad vicum Siuertshusam Peinamque arcem in Saxonia inferiori, summis copiis acerrime dimicatum est: & quanquam penes Electorem, qui Marchionem vinceret equitatu, fuerit eius diei victoria; globo tamen argenteo (siue, vt alii,) ferreo, non tam ab hoste, quam a proditore ad tergum stante, traiectus ad ilia, biduo post, die XI. Iulii, in castris decessit, XXIII. die Fribergæ sepultus. Quæ breuius tradit Sleidanus lib. XXV. prolixius autem scripta illuc spectantia, sexto Hortlederi libro, præsertim a Cap. VI. vsque ad X. Cæterum Mauritii Frater & Successor Augustus, non tantum ipsius honori

Ehren nicht allein das vortreffliche Grabmahl zu Freyberg auffgerichtet/ welches so wohl in Laurentii Faustens Stamm-Baum pag. 245 seqq. dem schönen Mausoleo gleich geachtet wird/ als in Molleri Freyberg. Chronic. P. I. Cap. VIII. pag. 62. seqq. und Michael Hempels Beschreibung des Freybergischen Begräbnisses billich die oberste Stelle hat; sondern auch die auff unserer zehenden Tabelle noch übrigen zwey Medaillen schlagen lassen/ wiewohl nicht gleich nach Mauritii Tode/ sondern über 20. Jahr hernach/ wie wir drunten hören werden. Sie sind mir beyde sonst nirgends/ alß hier im Königlichen Cabinet vor Augen kommen. Die andere hat des Chur-Fürstens Brust-Bild im Harnisch/ in der rechten Hand das Schwerdt haltend/ die lincke auff den Helm legend. In der Umschrifft ist er Moritz nori splendidissimum Fribergæ Epitaphium dedicauit, quod tam in Laurentii Fausti Genealogia p. 245. sqq. Mausoleo confertur, quam in Molleri Theatro Fribergens. P. I. c. VIII. p. 62. sqq. & Michaëlis Hempelii descriptione Monumentorum Fribergensium, primum suo merito locum tenet; sed reliqua etiam *bina Tabulæ nostræ X. Numismata* cudi fecit, quanquam non a Mauritii statim obitu, sed viginti amplius annis post, vt infra audiemus. Vtrumq; mihi nullibi, præterquam in Nummophylacio hic Regio visum. *Alterum* habet Electoris iconem armatam, in dextra gladium, sinistrā galeæ impositā. Inscriptio est: *MAVRI-*

ritz Hertzog zu Sachsen und Chur-Fürst genannt. Der Revers hat das völlige Chur-Fürstliche Wapen mit vielen Zierathen umgeben/ und lehret die Umschrifft/ daß er zu Freyberg den 21. Martii, Anno 1521. gebohren/ und im Lager den 11. Iulii, Anno 1553. verschieden sey. Aber die dritte præsentiret sein Brust-Bild/ wie es in der Jugend/ vielleicht zur Zeit/ da er Anno 1541. zur Regierung kommen/ ausgesehen/ in täglicher Kleidung/ mit einer Rose in der lincken Hand/ und nennet ihn die Umschrifft bloß einen Hertzog zu Sachsen. Auff dem Revers aber sind die gantzen Fürstlichen Wapen/ wie er sie vor der Chur geführet/ nebst dem Tage und Jahre seiner Gebuhrt und Todes/ wie in der vorhergehenden. Und halte ich gäntzlich

RITIVS DVX SAXONIÆ ET ELECTOR &c. Auersa habet integra Insignia Electoralia, multis ornamentis cincta, & circumscripta: *NATVS FRIBERGÆ. 21. MARtii. An. 1521. MORITVR IN CASTris 11. IVLII. An. 1553.* At *tertio* sistitur effigies iuuenilis, eo forsan tempore, quo Reipublicæ an. CIↃ IↃ XLI. præesse cœpit, habitu ordinario, sinistra rosam tenens, cum epigraphe: *MAVRITIVS DVX SAXONIÆ.* Auersæ autem impressa sunt integra insignia Ducalia; quibus ante Electoratum vsus est, cum lemmate, diem annumque natiuitatis & mortis, vt in altero, indicante. Planeq; in ea sum opinione, dupli-



lich davor / es werde durch diese zweyerley Medaillen bedeutet / daß Hertzog Moritz der Letzte in der Albertinischen Linie gewesen / so die Fürstliche Regierung geführet / und der erste / so Chur-Fürst worden. Daher auch die beeden Medaillen von unterschiedlicher Grösse / iedoch von einem Künstler gemacht sind.

duplici hoc Numismate significari, Mauritium lineæ Albertinæ vltimum fuisse, cui regimen Ducale competierit, primumque Electorem. Quamobrem duorum quoque Numismatum diuersa est magnitudo, licet idem artifex.

Chur-Fürst Augustus.

I.

WEil dieser grosse Chur-Fürst so viel herrliche Thaten gethan / und unter andern so wohl von freyen / als mechanischen Künsten ein sonderbahrer Beförderer gewesen / so ist kein Zweifel / daß er viel Gedächtniß-Medaillen prägen lassen. Die mir bekant geworden / fol-

AVGVSTVS ELECTOR.

I.

MAximus hic Elector tot heroicis factis inclytus, artiumque tam liberalium, quam mechanicarum promotor singularis, sine omni dubio plurima cudi fecit Numismata mnemonica. Quæ mihi innotuerunt, sequen-

folgen in den sechs übrigen Tabellen des ersten Theils. Deren

die eilffte

anhebet mit einem sehr schönen Schau-Stücke / so nirgends / alß im hiesigen Königlichen und Chur-Fürstlichen Cabinet zusehen. Auff einer Seite ist das Brust-Bild im gantzen Harnisch / mit dem Chur-Schwerdte / und vor sich liegenden Blech-Hand schuhen / an der lincken Seite lieget der Helm auff einem Postement. Die Umschrifft heisset auff Teutsch: Augustus von GOttes Gnaden Hertzog zu Sachsen Chur-Fürst. Das letzte Wort ELECTor, stehet unten am Postement. Auff dem Revers ist das völlige Chur-Fürstliche mit mancherley Zierathen geputzte Wapen / umschrieben auff Teutsch: Gebohren zu Freyberg den 31. Iulii, Ao. 1526. hat Beylager gehalten

quentibus sex primæ huius partis tabulis exhibeo. Quarum

vndecima

elegantissimo incipit Numismate iconico, nuspiam, nisi in Regia hic & Electorali Gaza conspiciendo. Parte aduersa armata est effigies, cum gladio Electorali, ferreis chirothecis ante se positis, galeaque ad sinistrum latus in basi collocata. Inscriptio: *AVGVSTVS Dei Gratia DVX SAXONIÆ ELECTor.* Vltimum verbum basi insculptum est. In auersa sunt integra Electoris insignia, variis ornamentis aucta, & circumscripta: *NATVS FRIBERGÆ 31. IVLii Anno 1526. VXOREM DVXIT 14. OCTO-*

bris

halten den 14. Octobr. Anno 1548. Man könte sie vor die Beylagers-Medaille halten; wenn nicht ausgemacht / daß Augustus Anno 1548. noch nicht Chur-Fürst gewesen wäre. Doch ist daraus so viel zuschliessen / daß sie noch bey Chur-Fürst Augusti Leben gemacht worden / sonst stünde auch das Jahr und Tag seines Todes darauff / wie auff denen / so eben dieses Künstlers Hand zum Gedächtniß der nechsten Anverwandten dieses Chur-Fürstens gemacht / und wir in den vorigen Tabellen betrachtet haben.

2. Das andere und dritte Stück der eilfften Taffel sind Klippen oder Feld-Müntzen / auff die damahls gewöhnlichen Schieß-Ubungen gemacht. Und wie Chur-Fürst Augustus ein sonderlicher Liebhaber von dergleichen Ritter-Spielen

bris Anno 1548. Pro Numismate nuptiali haberi posset; nisi compertum foret, Augustum an. CIↃ IↃ XLVIII. nondum fuisse Electorem. Inde tamen liquet, Augusto adhuc viuente id sculptũ, alioquin dies annusque mortis illius annotaretur, vt in cæteris, eiusdem artificis manu, in proximorum Electoris agnatorum memoriam confectis, quæ præcedentibus tabulis considerauimus.

II. *Secundum tertiumque tabulæ vndecimæ* Numismata quadrangularia sunt, siue castrensia, solitis tunc sagittariorum exercitiis destinata. Ac quemadmodum Augustus Elector ludorum eiusmodi equestrium fuit

gewesen; also haben sich die Schützen auch unter seiner Regierung offt geübet: und hat Tobias Schmidt in seiner Zwickauischen Chronic/ im fünfften Capitel der dritten Abtheilung/ viel solche Schiessen erzehlet/ deren 16. zu Augusti Zeiten gehören; aber es bezeugen die Klippen und andere Scribenten/ daß deren mehr von ihm angestellet worden. Unsere vorhabenden beyden Klippen haben auff der einen Seite einerley Gepräge/ nemlich das Chur- und Fürstliche Sächsische Haupt-Schild/ darüber die Buchstaben/ Augustus Hertzog Zu Sachsen Kurfürst heissen: Unten darunter aber ist ein Holtzschuch/ weil des Müntz-Meisters Zunahme Holtzschuher gewesen. Die Schrifft der andern

amantissimus; ita & sagittarii sub eius imperio frequenter decertauerunt. Magnum horum ludorum numerum recenset Tobias Schmidius in Chronico Cygneo Sect. III. Cap. V. quorum XVI. ad Augusti tempora spectant, plures tamen ab eo institutos, nummi aliiq; Scriptores testantur. Bini, quos nunc præ manibus habemus, aduersa parte eodem modo signati sunt, primario nempe Electorali Ducalique clypeo Saxonico, adscriptis siglis, *A H Z S K.* quæ *Augustum Ducem Saxoniæ Electorem* Germanice significant. Ad calcem calceus est ligneus, a quo Magister tunc monetarius cognomen traxit. Inscriptio auer-

dern Seite auff der ersteren Klippe desto besser zuverstehen/ darff man nur des nechst-angezogenen Zwickauischen Chronici Worte pag. 529. lesen: Den 9. Octob. 1554. hielte Chur-Fürst Augustus ein Schiessen zu Dreßden/ gab 500. Gülden zum besten/ wurden 70. Schüsse gethan/ uñ gewañ der Chur-Fürst das beste. Eben dieses will die Uberschrifft der Klippe: 9. OCTOB. DES 54. Jahrs EIN HAVPT-SCHISSEN ZV DRESDEN. 500. GVLDEN DAS BEST. Weil aber das Dreßdnische Stadt-Wapen/ welches aus dem Meißnischen Löwen und Landsbergischen Pfählen zusammengesetzt/ unten darunter stehet/ so halte ich davor/ es sey solch Schiessen zur Einweihung des in diesem

auersæ partis nummi prioris ex allegati Chronici Cygnei verbis p. 529. facilius intelligetur: *Die IX. Octobr. CIↃ IↃ LIV. Augustus Elector sagittariorum exercitium Dresdæ instituebat, amplissimo D. florenorum pretio assignato, & septuaginta telis libratis, Elector ipse optimum istud reportabat præmium.* Idem vult Nummi inscriptio: *9. OCTOB. DES 54. EIN HAVPT-SCHISSEN ZV DRESDEN 500. GVLD. DAS BEST.* Cum vero Dresdensis vrbis insignia, ex Leone Misnico palisque Landsbergensibus composita, subdita videmus, tum mea fert opinio, ludum hunc ad inaugurandam

diesem 1554. Jahr erbaueten Raths-Schieß-Hauses / wie Wecke p. 79. bezeuget / gehalten worden. Der folgenden Klippe Revers führet diese Worte: I. MAI. DES. 55. (den ersten May des 1555sten Jahres) ist gehalten worden EIN SCHIESEN. AVF MARIABERGK. AVF DEM MARK. 100. GVLden GROSchen das BESTE. Hundert Gülden-Groschen sind hundert gantze Species-Thaler / von welcher Benennung droben im Anfange dieses Wercks etwas gemeldet. Unter dieser Schrifft erscheinet zwischen den gewöhnlichen Berghauer-Instrumenten, das Marienbergische Wapen / da die Jungfrau Maria mit dem JEsus-Kindlein in einem halben Mond sitzet / über dem Fürstlichen Sächsischen Haupt-Schilde mit dem Rauten-Krantz und Balcken.

Die-

nouam domum, his certaminib⁹ ab vrbis Senatu, hoc anno CIↃ IↃ LIV. dicatam, susceptum fuisse. *Sequentis nummi* pars auersa indicat, *Kalendis Maii An. M D LV. habitum esse exercitium sagittariorum in foro vrbis Mariabergensis. Optimum præmium fuisse centum florenorum grossorum*, siue Vallensium integrorum, *Gulden-Groschen* appellabant, quo de huius operis initio diximus. Huic inscriptioni inter consueta metallariorum instrumenta, subiecta sunt insignia Marienbergensia, quibus virgo Maria cum lesulo lunæ insidet crescenti, super primario scuto Saxonico ferri rutacei trabiumque. Vrbem hanc

Diese schöne Stadt hatte Chur-Fürst Augustens Vater / Hertzog Heinrich / von dem sehr reich schüttenden Bergwerck zubauen angefangen / wovon Fabricius, Albinus, Mollerus und andere zusehen.

3. Ob nun wohl dieses Marienbergischen Schiessens in der Zwickauischen Chronic keine Meldung geschiehet / so werden ihrer doch dreyerley in einem 1556. Jahre erwehnet / darauff ich aber keine Klippe noch gesehen. Dergleichen ist auff ein zu Leipzig Anno 1559. gehaltenes / und in Heydenreichs Leipziger / nicht aber in der Zwickauer Chronica gedachtes Schiessen / mir zwar zu handen kommen / und unter andern Sächsischen Ritter-Spiels-Medaillen in meinem besondern Tractätlein pag. 11. angehanc elegantissimam Augusti Electoris pater, Dux Henricus, e fodinis metallicis locupletissimis exstruere cœperat, de qua Fabricius, Albinus, Mollerus, aliiq; euoluendi.

III. Quamuis igitur exercitii huius sagittariorum Mariæbergensis nulla in Chronico Cygneo mentio occurrat, tria tamen alia anno CIↃ IↃ LVI. habita illic memorantur, nullis, quod sciam, nummis quadrangularibus celebrata. Cuiusmodi quidem in certamen Lipsiense anni CIↃ IↃ LIX. Heidenreichio in Chronico Lipsiensi, non autem in Cygneo memoratum, mihi visus, ac inter Saxonica ordinum equestrium Numismata in Schediasmate meo p. 11. re-

geführet worden. Weil aber auff einer Seite das blosse Leipziger Wapen/auff der andern die blosse Jahr-Zahl ohne Schrifft vorkömmet/ so habe sie nicht unter die Chur-Fürstlichen Medaillen setzen/ sondern zu einer andern Gelegenheit verspahren wollen/ da ich mehr die Stadt Leipzig angehende Medaillen vorstellen werde.

IV. Wir gehen demnach fort zu der *Num. 4.* stehenden grossen länglichten Klippe/ welche ich aus einem zur selbigen Zeit geprägten Original des hiesigen Königlichen und Chur-Fürstlichen Cabinets abgeformet. Man findet auch im Fürstlichen Weymarischen/ ehemahls Haugwitzischen/ einen neuen Abschlag in Gold vom alten Stempel/ so

recensitus fuit. Cum autem in aduersa sistit mera vrbis Lipsiensis insignia, in auersa anni numerum, citra vllam vtrinque inscriptionem; tum inter Electorales locum ipsi concedere nolui, sed alteri occasioni posthac reseruabo, qua plura vrbem Lipsiensem spectantia Numismata recensere dabitur.

IV. Pergimus itaque ad magnum quadrangularem oblongum nummum, qui *Num. IV.* exstat, & ex archetypo tunc temporis cuso, Regii hic Electoralisque Nummophylacii desumtus est. Reperitur etiam in Nummophylacio Ducali Vinariensi, olim Haugwiziano, ex veteri matrice auro expressus, sed

so aber etwas kleiner/ und mit dem façonirten Rande sich endet. Die erste Seite præsentiret des Chur-Fürstens Bildniß in der ordentlichen Kleidung/ mit einem langen Barte/ und einem schönen Hute auff dem Haupte/ umschrieben zu Teutsch: Augustus Hertzog zu Sachsen/ des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Marschall und Chur-Fürst. Um das Brust-Bild stehen diese Buchstaben: AG EV BD W. welche ich schon im gedachten Tractätlein p. 11. von des Chur-Fürstens Wahl-Spruche ausgeleget habe: Ach Gott Erhalte Vns Bey Deinem Wort. Und daß solches des Augusti eigener Kenn-Spruch gewesen/ welchen sein Churfl. Gn. stets im Hertzen und Munde geführet/ und aus dem Propheten Jeremia am 15. Capitel genommen/ lehret uns

sed minor paullo, & cum margine crispato finiens. Aduersa parte conspicitur Electoris effigies, vestitu ordinario, barba promissa, elegantissimo pileo capiti imposito, cum lemmate: *AVGVSTVS Dei Gratia DVX SAXONIE. Sacri ROMani IMPerii ARCHIMARSCHALLus ET ELECTOR.* Circa iconem hæ siglæ conspiciuntur: *AGEV BDW.* Quas Schediasmate memorato p. 11. de Electoris Symbolo interpretatus sum, cuius hic est sensus: *O Deus conserua nos in verbo tuo.* Idque proprium Augusto dictum in ore ac corde ipsius semper hæsisse, ex Ieremiæ Cap. XV. desumtum, testatur scriptor ipsi coæuus. Laurentius

Fau-

uns der zur selbigen Zeit lebende Laurentius Faustus im Sächsischen Stam-Baum pag. 301. Das Wapen auff der andern Seite ist vierschildicht / das Sächsische / Thüringische / Meißnische und Pfaltz-Sächsische / zwischen denen in der Mitte das kleine Schildlein mit den Chur-Schwerdtern eingehefftet / und dabey die Jahr-Zahl 1560. Die Umschrifft führet den Rest der bekandten Titul / alß Landgraff in Thüringen / Marckgraff zu Meissen / und Burggraff zu Magdeburg. Die Gestalt der Klippe selbst giebt klare Maße / daß sie der Chur-Fürst auff das in ietzt-gedachtem Jahre / Sonntags nach Michaëlis, zu Halle gehaltene doppelte Schiessen prägen / und zum Præsent unter die Vornehmsten austheilen lassen. Wovon

Faustus, in Stemmate Saxonico pag. 301. Insignia partis auersæ quadripartito constant scuto, Saxonico, Thuringico, Misnico, & Palatino-Saxonico, quibus in medio parmula cum gladiis Electoralibus innexa est, adscripto anni numero 1560. Perigraphe reliquos habet titulos: *LANDGRAVIVS THVRINGIÆ. MARCHIO MISNIAE. BVRGGRAVIVS MAGDEBVRGENSIS.* Ipsa nummi forma quadrangularis clarissime docet, Electorem in duplex iaculatorium exercitium, hoc anno, die Dominica post Michaëlis Festum, Halæ institutum, eundem cudi, præcipuisque dono distribui curasse. Qua de re non

von nicht allein die Zwickauische / sondern auch D. Gottfried Olearii Hallische Chronic pag. 274. zeugen / und wollen wir dieses Worte um desto mehreren Verstandes willen gantz hier anführen: Nachdem der Rath von Leipzig im vergangenen Jahre ihren Krantz nach gehaltenem Schützen-Hoffe / dem Rath allhier überantworten lassen / ist der grosse Schützen-Hoff allhier gehalten / und sind dazu vom Ertz-Bischoff Sigismundo (Marckgrafen zu Brandenburg) etliche Chur- und Fürsten / vom Rathe 123. Städte beschrieben worden: dabey mit dem Armbrust das beste gewonnen der Chur-Fürst Augustus zu Sachsen / nemlich 200. Thaler mit 22. Schössen / und mit der Büchsen / das be-

non modo Cygneum, sed & Halense D. Gottfr. Olearii Chronicon pag. 274. testimonium perhibent. Huius igitur verba Latine dabo, vt omnia melius intelligantur: *Ex quo Senatus Lipsiensis anno præterito, sertum consuetum, finito sagittariorum certamine, Senatui Halensi transmiserat, magnum Halæ exercitium susceptum est, inuitatis ab Archi-Episcopo Sigismundo, Marchione Brandenburgico, aliquot Electoribus Principibusque, a Senatu CXXIII. vrbibus. Optimum arcu præmium sibi vindicauit Augustus, Saxoniæ Elector, ducentos nimirum vallenses, emissis XXII. telis; & sclopeto accepit opti-*

beste ohn einem / 25. Gülden / mit 15. Schössen: Das beste aber / Hans Ebenau von Mühlhausen / 60. Thaler mit 16. Schössen.

5. Im Eingange der Weltberühmten Churfürstlichen Kunst-Kammer allhier stehet ein Gemählde Chur-Fürst Augusti in gantzer Statur / mit beygeschriebener Jahr-Zahl 1561. welches nicht allein dem in obgedachter Klippe ausgedruckten Bildnisse / sonderlich was den köstlichen Hut / und den drey-viertheil-Ellen-langen zwey-zipffelichten Bart anlanget / gantz gleich ist; sondern es dienet uns auch vortrefflich zu Erläuterung der fünfften Medaille, da auch sein Bildnis mit dem zwey-spitzichten Barte vorgestellet wird. Auff dem Revers sehen wir ein Schiff auff dem ungestümen Meer nahe bey den Felsen / an dessen ausgespannten Seegeln der gecreutzigte Christus gebildet / und bey dem Mast-Baum stehet der Chur-Fürst mit dem Chur-Schwerdte auff der Achsel / auff den die Feinde zu Pferde allenthalben zuschwimmen / und mit ihren Pfeilen / Spiessen und Schwerdtern abzielen. Er aber verläst sich auff Christum / und redet denselben gleichsam an: TE GVBERNATORE; das ist / wenn du Steuer-Mann meines Schiffs bist / so werde ich mitten durch die Feinde und Klippen glücklich hin seegeln. Diese Auslegung der Medaille geben Hr. Juncker in seiner Vita Lutheri pag. 268. und Hr. Schlegel in seinen Nummis Gothanis p. 47. und machen mit Luckio p. 227. die Application auff die Gothaische Belagerung und die vorhergehenden Grumbachischen

mo proximum, XXV. florenorum, XV. explosionibus; optimum vero, LX. Imperialium, Ioannes Ebenau Mulhusanus, bombardam XVI. vicibus exonerando.

V. In Gazophylacii Electoralis toto orbe celeberrimi introitu exstat picta Augusti Electoris effigies integræ staturæ, adscripto anno CIↃ IↃ LXI. quæ non tantum allatæ nummi quadrati imagini, præsertim qua pileum pretiosum, bifidamque, ac tres vlnæ quadrantes longitudine æquantem barbam simillima est; sed nobis quoque plurimum inseruit ad *quintum Numisma* explicandum, cuius pariter icon barba bifida splendet. In auersa videmus nauem, mari agitatam turbido, scopulis proximam, in cuius velis expansis Christus cruci affixus delineatur, maloque adstat Elector, gladium Electoralem humeris imponens, quem hostes, undique equis adnatantes, telis, hastis, gladiisque petunt. Ille autem Christo confidit, eum quasi alloquutus: *TE GVBERNATORE nauis meæ, per medios hostes syrtesque feliciter nauigabo.* Hanc Numismatis explicationem dant Iunckerus in vita Lutheri p. 268. & Schlegelius in Nummis Gothanis p. 47. idque cum Luckio p. 227. bello applicant Gothano, ac præcedentibus Grumbachia-

schen heimliche Conspirationes wieder des Churfürsten Augusti Kinder/ ja Leib und Leben. Denn ob gleich Hr. Juncker an dem erst-angezogenen Orte lieber die Medaille auff die damahls dem Chur-Fürsten erregten Religions-Händel ziehen wollte/ so saget er doch drunten pag. 460. daß der Chur-Fürst unter den Ubungen des Gothaischen Krieges solchen Wahl-Spruch gebraucht haben könne. Und ich habe selbst nicht allein in dem Tractätlein von Sächsischen Kriegs- und Friedens-Medaillen, sondern auch im andern Supplemento Historiæ Gothanæ dieser Meynung beygepflichtet/ und mit mehren zuzeigen mich bemühet/wie durch die sieben Reuter Grumbach und seine vornehmsten Adhærenten verstanden werden könten. Allein nachdem ich das obige Gemählde in der Königlichen Kunst-Kammer ge-

norum insidiis aduersus Electoris Augusti liberos, ipsamque vitam. Licet enim Iunckerus loco allegato nummum *ad difficillimas in religionis negotio excitatas Augusto turbas* referre malit, infra tamen pag. 460. non diffitetur, *Electorem inter meditamenta belli Gothani hoc Symbolum usurpare potuisse.* Equidem ipse ego non solum in Schediasmate de Nummis belli pacisque Saxonicis, sed & in altero Historiæ Gothanæ Supplemento huic opinioni subscripsi, pluribusq; demonstrare conatus sum, vti per septem equites Grumbachius cum præcipuis asseclis intelligi queat. Postquam autem dictam Regii Gazophylacii

genauer betrachtet / so bin auff die Gedancken kommen / es sey selbiges so wohl/ als der Gemahlin dabey stehendes Contrafait, nach dem Anno 1561. im Ianuario und Februario zu Naumburg gehaltenen Fürsten-Tage gefertiget / und die Copien davon denen allda gewesenen Chur- und Fürsten zum Andencken hernach überschickt worden. Nachdem nun eine solche Gleichheit zwischen diesem Gemählde und dem Bildnisse auff der vorhabenden Medaille erscheinet / so gehet meine Meynung dahin / daß selbige auch zu diesem Fürsten-Tage gehöre / und den grossen Herren ausgetheilet worden. Denn wie auff demselben von den wichtigsten Dingen / sonderlich von renovirter Unterschrifft der Augspurgischen Confession,

lacii picturam accuratius consideraui, in eas delapsus sum cogitationes, tam illam, quam adpositam ibi Coniugis effigiem, finito Principum conuentu, Numburgi mense Ianuario & Februario anni CIↃ IↃ LXI. habito, elaboratam, eiusque exempla Electoribus & Principibus ibi congregatis postea transmissa. Tanta igitur similitudine inter pictam istam & Numismati impressam imaginem occurrente, hoc quoque eidem Principum conuentui destinatum, interque Magnates distributum mea fert opinio. Vti enim in illo de rebus grauissimis, subscriptione præsertim Augustanæ Confessionis renouanda, deliberatum

gehandelt worden / also ist die auff dem Revers stehende Devise dahin leicht zuappliciren.

6. Welche dem Chur-Fürsten so wohl behaget / daß er sie noch zweymahl in folgenden Zeiten wiederhohlet / aber mit differenten Brust-Bildern / die *Num.* 6. und 7. zusehen. Den geneigten Leser kan ich gewiß versichern / daß so wohl mir / alß andern / in verschiedenen Cabineten die Originalia von allen dreyen zu Gesichte kommen; sonderlich ist das letztere / welches wegen des unterschiedenen Randes einigen zweifelhafftig scheinet / in dem Gräfflichen Schwartzburgischen Cabinet zu Arnstadt von Gold zubefinden / mit dreyen Kettlein / daß es also nach der zur selbigen Zeit gemeinen Mode iemand an sein Kleid gehenget haben müste. Weil aber das demselben vorgesetzte Brust-Bild drunten noch

fuit; ita partis auersæ emblema facile illi applicare licet.

VI. Quod Electori tantopere placuit, vt sequenti tempore bis repetierit, adiectis tamen diuersis iconib⁹, *Num. VI. & VII.* abs me exhibitis. Equidem Lectori beneuolo adseuerare possum, tam mihi, quam aliis, omnium trium nummorum archetypa in variis Nummophylaciis visa: vltimum præsertim, quod aliquibus ob marginis differentiam dubium videtur, Thesaurus Schwarzburgicus Arnstadii seruat aureum, tribus ornatum catenulis, vt omnino ab aliquo pro illius temporis consuetudine vesti appensum fuerit. Sed quoniam effigies illius nummi

noch einmahl mit der Gemahlin zusehen / so wollen wir dessen eigentlichere Betrachtung biß dahin verspahren. Inzwischen / da niemand in Abrede seyn kan / daß der Chur-Fürst innerhalb denen vierdtehalb Monaten / so lange die Gothaische Belägerung gewähret / den Bart nicht dreymahl verändert / und bald einen zweyzipffelichten / bald einen spitzigen / bald einen stumpffen getragen haben werde; da zumahl die gemeine Sage ist / er habe den langen Bart durch das Drechseln eingebüsset: so ist unstreitig / daß diese drey Medaillen zum Gothaischen Kriege allein nicht gehören / sondern auch zu andern Gelegenheiten / welche aus andern Medaillen, so den Chur-Fürsten im spitzigen oder stumpffen Barte in folgen-

mi infra cum Coniugis icone recurret, penitiorem eousq; contemplationem differemus. Interea cum nemo inficias iuerit, quin Elector tribus mensibus cum dimidio, quibus Gothana durauit obsidio, barbam tribus vicibus haud mutauerit, modo bifidam promissam, modo acutam, modo obtusam gestando; quando præsertim communis fama est, prælongam barbam ipsum tornando perdidisse: ita extra omnem positum est controuersiam, hosce tres nummos ad solum bellum Gothanum minime spectare, sed ad alias quoque occasiones, ex aliis nummis, qui Electorem siue acuta, siue obtusa barba, sequentibus

sistent

genden Tabellen vorstellen/ zuerrathen sind. Denn wie unter allen Chur-und Fürsten zu Sachsen kein einiger ist/ der seinen Bart öffters und mehr verändert/als unser Augustus; also geschahen doch solche Aenderungen nicht plötzlich/ sondern etliche Jahre hinter einander; und lehren sonderlich seine Thaler/ daß ie länger er gelebet/ie mehr er vom Bart verlohren/ und in den letzten Lebens-Jahren wenig mehr behalten/welches auch die Gemählde in der Churfürstlichen Kunst-Kammer allhier bezeugen.

7. Wiewohl ich gäntzlich nicht leugnen will/daß Chur-Fürst Augustus die *Num. V.* beschriebenen/ und beym Naumburgischen Fürsten-Tage zuerst gebrauchten Stempel/ vor oder nach der Go-

sistent tabulis, hariolandas. Vt enim inter omnes Electores Ducesque Saxoniæ nullus est, qui barbam sæpius magisq; variauerit, quam Augustus noster; ita hæ tamen variationes non subito fiebant, sed aliquot annorum interuallo; docentq; inprimis eius Imperiales, quanto is amplius vitam protraxerit, tanto plus barbæ decessisse, ita vt vltimis vitæ annis parum retinuerit, testibus etiam picturis in Electorali hic Gazophylacio.

VII. Quamuis prorsus inficiari nolim, Augustum Electorem typaria *Num. V.* descripta, & pro Conuentu Principum Numburgensi primum adhibita, ante vel post obsidionem Gothanam denuo

Gothaischen Belägerung auffs neue habe prägen und die dabey gewesenen vornehmsten Officirer damit beschencken lassen. Denn die Uneinigkeit zwischen ihm und Hertzog Johann Friedrichen brach auff der Naumburgischen Zusammenkunfft recht aus/ indem der Hertzog heimlich nach Weimar zurück kehrte/und in Grumbachs Händel sich immer mehr verwickelte; darüber auch der Chur-Fürst Anno 1563. zu Leipzig mit Chur-Pfaltz und mit Hertzog Wilhelmen zu Jülich eine Conferenz anstellete/ wie Heidenreichs Chronicon bezeuget. Anderer vielfältiger Handlungen zugeschweigen/davon alle Sächsische Scribenten derselbigen Zeiten voll sind. Nachdem nun endlich Gotha gewonnen/ und die Sache zu des Chur-Fürsten Vergnügen ausgeschlagen/ kan die offtgedachte Medaille erneuert worden seyn. Doch habe sie in solcher Grösse noch

denuo imprimi, præcipuosq; militum Ductores illis donare voluisse. Discordia enim inter illum Ducemq; Ioannem Fridericum in illo Conuentu maxime erumpebat, Duce clam Vinariam repetente, & Grumbachii molimina magis magisq; approbante: vnde & Elector an. CIↃ IↃ LVIII. Lipsiæ cum Electore Palatino, ac Wilhelmo, Iuliaci Duce, deliberationem instituebat, teste Heidenreichii Chronico. Vt alias multiplices taceam transactiones, quibus omnes illius ætatis scriptores Saxonici abundant. Deuicta igitur Gotha, req; in Electoris gratiam finita, Numisma istud renouari potuit. Quod tamen insigni magnitudine, qua

nirgends gefunden / wie sie im Luckio stehet / ob ich ihr schon

in der zwölfften Tafel

die erste Stelle eingeräumet habe / auch Herr Schlegel angemerckt hat / daß durch Jrrthum des Kupfferstechers beym Luckio die Figuren der Devise umgekehrt wären / welches auch anderer Medaillen Exempel uns klärlich lehreten.

8. Kan demnach leicht seyn / daß Luckius die Medaille gröſſer / als sie an sich selbst ist / vorgestellet / nach seiner schon berührten Gewohnheit; welche ihn auch bewogen / den sehr bekannten Thaler davon zuvergröſſern / welchen er sonst mit gutem Recht einen Triumph-Pfennig nennet. Denn man wird selbigen nirgends gröſſer finden / als ich ihn *Num. II. & III.* in Kupffer stechen lassen. Der geneigte Le-

apud Luckium exstat, nondum vidi, quanquam illi

Tabula duodecima primum locum concessi: Schlegeliusque noster annotauit, *sculptoris Luckiani errore emblematis figuram inuersam esse, idque aliorum nummorum clarissime nos edocere exempla.*

VIII. Itaque Luckius fortasse maiori Numisma forma, quam par erat, oculis nostris exposuerit, more suo iam indicato; quo & motus est, vt notissimum illũ Thalerum iusto maiorem fingeret, quem *nummi triumphalis* nomine iure mactat. Neq; enim is ullibi maior exstabit, quam abs me *Num. II. & III.* ære expressus. Lector beneuolus



Leser siehet hier dreyerley Arten. Die erste ist die gemeineste / da das Chur-Schild mit den Schwerdtern umschrieben: TANDEM. BONA. CAVSA. TRIVMPHAT. Endlich überwindet die gute Sache. Die andere hat neben diesem Spruche noch die Jahr-Zahl 1567. und ist selten zubekommen. Die dritte ist eine Klippe / so zwar mit der ersten im Gepräge gantz überein kömmet / mir aber allein im Einsiedelischen Cabinet zu Merseburg vorgekommen. Die Schrifft des Reverses ist allenthalben einerley / und in unserer Sprache also zuverstehen: Alß im Jahr 1567. die Stadt Gotha eingenommen / die geächteten und belägerten Reichs-Feinde gebührend bestrafft / die übrigen verjagt worden / hat Hertzog Augustus zu Sachsen / Chur-Fürst &c. diesen

lus triplicem eius rationem obseruet. Quarum prima & communissima gladiis Electoralibus circumscribit: *TANDEM. BONA. CAVSA. TRIVMPHAT.* Secunda rarior dicto huic addit annum CIↃ IↃ LXVII. Tertia nummus quadrangularis est, mihi autem in solo Nummophylacio Einsiedeliano Merseburgi visus. Inscriptio auersæ in omnibus plane eadem habetur: *MDLXVII. GOTHA. CAPTA. SVPPLICIO. DE. PROSCRIPTIS. IMperii. HOSTIbus. OBSESSis. SVMPTO. COETERIS Que. FVGATIS. AVGVSTVS. Dux. SAXONiæ. ELECTOR &c.*

sen Thaler prägen lassen. Es ist im nechsten Jahre drauff eine völlige Beschreibung dieses Gothaischen Krieges / so wohl in Lateinischer / als Teutscher Sprache / zu Straßburg ans Licht kommen / welche auch Luckius gebraucht / als eines ungewissen Auctoris, wie denn kein Nahme auff dem Titul stehet. Ich habe aber den gantzen Tractat meinem zweyten Supplemento Historiæ Gothanæ zu Ende der andern Abtheilung einverleibet / und mit mehren bewiesen / daß der sehr berühmte Hubertus Langvetus Urheber davon sey / welchen Chur-Fürst Augustus so hoch gehalten / daß er ihn nicht allein zu den wichtigsten Verschickungen an den Käyser und König in Franckreich offt gebraucht / sondern auch im Lager vor Gotha die gantze Zeit der Belagerung bey sich gehabt. Daher ich fast bejahen wollte / dieser Langvetus habe auch die

Fieri Fecit. Proximo tunc anno plenior belli huius Gothani descriptio Argentorati prodiit, tam Latine, quam Germanice, a Luckio quoque adhibita, tanquam *auctoris incerti*, cuius sane nomen reticetur. Integrum vero libellum secundo Historiæ Gothanæ Supplemento ad secundæ Sectionis calcem inferens, pluribus euici, celeberrimum Hubertum Languetum eius esse auctorem, quem Augustus Elector tanti æstimauit, vt non solum grauissimis ad Imperatorem Galliæque Regem Legationibus adhibuerit, sed & Comitem sibi adsciuerit in castris Gothanis, toto obsidionis tempore. Itaq; ferme adfirmauerim, Languetum

die Inuention zu den Thalern gemacht / weil nicht allein die Auslegung / sondern fast alle Worte / aus dessen Tractat leichtlich zunehmen sind. Die ersten von Einnehmung der Stadt Gotha stehen gleich auff dem Titul: Historica descriptio susceptæ a Cæsarea Maiestate Executionis contra S. Rom. Imperii rebelles, eorumq; Receptatorem: & *captæ vrbis Gothæ*, soloq; æquati castri Grimmenstein, Anno Domini M.D.LXVII. XIII. Aprilis. Die folgenden von Bestraffung der geächteten und belägerten Reichs-Feinde / sind daher zuverstehen / daß sie Languetus vielmahl *proscriptos* und *hostes* nennet / und die heimlichen Practiquen, so sie zu Unterdruck- und Umkehrung des gantzen Reichs-Staats

tum Imperialium quoq; illorum inuentorem esse, quando non solum explicationem, sed omnia fere verba, ex ipsius tractatu sumere licet. Prima de *Gotha capta* statim præbet titulus: *Historica descriptio susceptæ a Cæsarea Maiestate executionis contra S. Rom. Imperii rebelles, eorumq; Receptatorem: &* CAPTÆ VRBIS GOTHÆ, *soloque æquati castri Grimmenstein, An. Domini M.D.LXVII.XIII. Aprilis.* Sequentia *de supplicio de proscriptis Imperii hostibus obsessis sumto*, inde patent, quod Languetus eos toties *proscriptos* & *hostes* appellat, molitionesque clandestinas, ad supprimendum ac euertendum totius Im-

Staats gepflogen/weitläufftig beschreibet. Wie er denn auch eben die Redens-Art von ihrer Abstraffung gebraucht: Die 18. Aprilis supplicium de iisdem sumitur. Nemlich Grumbach und der Cantzlar Brück wurden lebendig geviertheilet. Wilhelm von Stein geköpfft/ hernach geviertheilet. Brandenstein geköpfft. Beyer gehenckt. David Baumgartner von Augspurg/ alß Mit-Schuldiger des Auffruhrs/ geköpfft. Der Bauers-Junge/ welchen sie zu ihrer Zauberey gemißbraucht hatten/ wurde gehenckt. Zuvor aber Hertzog Johann Friedrich gefangen weggeführet. Welches alles Luckius aus Langueti weitläufftiger Erzehlung kurtz zusammen ziehet.

Zu

Imperii statum, prolixe describit: vsus quoque eadem in recensendis illorum pœnis phrasi: *Die XVIII. Aprilis supplicium de iisdem sumitur.* Scilicet *pari cum Grumbachio supplicio afficitur Cancellarius Bruckius, dissectione corporum in partes quatuor. Steinius capite truncatur: truncus quadrifariam scinditur. Gladio itidem subiicitur Brandensteinius. Beierus suspenditur. Plectitur & capite David Baumgartnerus Augustanus seditionis reus: laqueo punitur puer magus. Antea vero Dux Ioannes Fridericus captiuus abducitur.* Quæ omnia Luckius ex prolixiori Langueti narratione breuius contrahit. Ad vlti-

Zu der letzten Marque, daß die übrigen Aechter verjaget worden / gehören zweyerley Erzehlungen des Langueti: Theils/ daß unter währender Belägerung durch auffgefangene Brieffe alle mit-schuldige Rebellen entdeckt worden / deren etliche hernach ins Lager kommen/ etliche/ so sich nichts gutes bewust / sich mit der Flucht zuerretten gesuchet; Theils/daß eben denselben Abend / da die Rädelsführer im Schlosse gefangen worden / einer von Zebitz mit etlichen andern durchgegangen. Sonst gedencken dieser Thaler viel Geschicht-Schreiber / wir wollen aber mit Thuano, dem Vornehmsten derselben Zeit/ uns begnügen / dessen Worte Lib. XLI. zulesen. Endlich / damit wir nichts vorbey lassen / so scheinets / Chur-Fürst Augustus habe tm

vltimum de *fugatis cæteris* proscriptorum, duplex pertinet Langueti relatio; partim, de interceptis durante obsidione litteris, quæ *socios atque complices coniurationis omnes patefecerunt*, eorumq; *nonnulli in castra deinceps venerunt, aliqui male sibi conscii fuga salutem quæsiuere*; partim, de *Zebicio nonnullisque aliis ea vespera elapsis*, qua proscriptorum principes in arce capti sunt. Cæterum horum Vallensium multi mentionem faciunt Historici: nobis vnus illorum temporum Princeps Thuanus, satis est, cuius verba lib. XLI. leguntur. Denique, ne quidquam prætereamus, Augustus Elector non aliam ob

caus-

um keiner andern Ursache willen das blosse Schild mit den Creutz-weise gelegten Chur-Schwerdtern auff diese Thaler gesetzt / alß anzuzeigen / daß er nunmehro erst recht Chur-Fürst wäre / weil sein æmulus, Hertzog Johann Friedrich / der desselben sonst auch zugebrauchen sich wiederrechtlich unterstanden / nunmehro gedämpfft wäre. Wohin auch die Umschrifft ohne Zweiffel ihr geheimes Absehen hat.

9. Das letzte Stück von der Gothaischen Belägerung *Num. f.* habe nur zur Curiosität mit beyfügen wollen / weil es niemahls gepräget worden; sondern es findet sich in dem Fürstlichen Cabinet zu Gotha ein Thaler von der Num. 2. beschriebenen gemeinen Gattung / welcher in der Mitten von einander geschnitten / daß man ihn auff- und zuschrauben kan. Wenn man ihn auffmacht / findet sich das

das jenige auff das allerschönste in Silber gestochen / was wir hier in Ertz beschauen. Nemlich auff einer Seite Chur-Fürst Augusti Bildniß / nicht / wie er zur Zeit der Belagerung / sondern in seinen letzten Jahren ausgesehen / mit beygeschriebener Jahr-Zahl 1622. und Nahmen des damahligen berühmten Kupfferstechers zu Augspurg / Wolf Kilians, von dessen künstlicher Hand es herkommet; ohne Zweiffel auff Hertzog Ernstens des Frommen Befehl. Auff der andern Seite ist die gantze Belägerung des Schlosses GRIMMENSTAIN, wovon in meinem andern Supplemento der Gothaischen Historie ein grosses ausführliches Kupffer anzutreffen. Und werden sich die Liebhaber nicht weniger über diese Medaille ergetzen / als über andere mit den kleinesten Figuren vorgestellte grosse Sachen.

10. Wir

X. Si-

causſam ſolum ſcutum Electorale, cum gladiis decuſſatim poſitis, his Imperialibus indidiſſe videtur, quam vt innueret, ſeſe nunc demũ plane eſſe Electorem, ſuppreſſo æmulo, Duce Ioanne Friderico, qui illud contra ius fasque vſurpare præſumſerat. Quorſum & inſcriptio citra dubium clam reſpicit.

IX. Vltimum *Num. V.* in obſidionem Gothanam Numisma, curioſitatis tantum gratia adieci, nunquam quippe cuſum; ſed in Ducali Gothæ Nummophylacio ſeruatur thalerus ex communioribus Num. II. deſcriptis, in medio diſſectus, atque ita comparatus, vt occludi recludique poſſit. Apertus elegantiſſime argento inſculpta exhibet, quæ hic ære expreſſa contemplamur. Parte aduerſa Auguſti Electoris iconem, non qualis tempore obſidionis, ſed vltimis vitæ annis fuit; adſcripto anno CIↃ IↃCXXII. nomineque præſtantiſſimi tunc ſculptoris Auguſtani, Wolffgangi Kiliani, a cuius artificioſiſſima id eſt manu, citra dubium *Erneſti Pii* mandato. Auerſa totam ſiſtit arcis GRIMMENSTAIN obſidionem, quam plenius exprimit tabula ænea, ſecundo Hiſtoriæ Gothanæ Supplemento abs me inſerta. Hoc autem Numisma non minorem curioſis adferet delectationem, quã aliæ res magnæ, figuris minutiſſimis comprehenſæ.

10. Wir kommen derohalben ohne ferneres Auffhalten zu der sechsten und letzten Medaille dieser Tabelle / so eine Klippe ist / auff das Anno 1573. zu Zwickau gehaltene Schiessen gemacht. Selbiges wird in Schmidts Zwickauischer Chronic pag. 531. seqq. ein fürnehmes Fürsten-Schiessen genennet / und dabey angezeiget / wie viel nebst Chur-Fürst Augusto und seinem Sohne / Hertzog Christian / von andern Fürsten / Graffen und Herren / ingleichen aus mancherley Städten demselben beygewohnet / und was sonst merckwürdiges vorgegangen / davon der Pritzschmeister Benedictus Edelbeck / ein besonderes Buch herausgegeben. Zu unserm Zweck dienet nur / was Schmidt von

X. Sine vlteriori itaque mora ad *sextum & vltimum huius tabulæ Numisma*, quadrangulare, certaminique sagittariorum Cygneo an. CIↃ IↃ LXXIII. sacratum veniam⁹. Quod Schmidius Chronici Cygnei pag. 531. *præclarum Principum exercitium* appellat, indicans, quot præter Augustum Electorem eiusque Filium Christianum, tam ex Principum, Comitum, Magnatum, quam diuersarum vrbium numero interfuerint, quidque acciderit memorabile; de quibus omnibus Benedictus Edelbeckius, morionis tunc personam agens, peculiarem librum ediderit. Ad propositum nostrum ea tantum faciunt, quæ Schmidius de argen-

von den silbern Klippen / so den Uberwindern ausgetheilet worden / schreibet / daß auff denenselben dieser Pentameter gestanden / so die Jahr-Zahl in sich begreiffen: eX Merlto nlVeVs Dona reponlt oLor. Welches man nach der alten Art also reimen möchte:

Nach Verdienst beschenckt der weisse Schwan
Den / der sich wohl hält auff diesem Plan.

Eben diesen Vers hat der Revers unserer Klippe / und darunter noch eine mir unbekannte Nahmens-Chiffre I. S. mit der gekürtzten Jahr-Zahl 73. Auff der ersten Seite aber die drey Schwäne aus dem gewöhnlichen Zwickauischen Wapen. Weil aber Schmidt die Klippen ziemlich groß nennet / unsere aber fast von den kleinesten ist / so müßē auch grössere zur Hand gewesen seyn / davon ich noch keine gesehen. Er gedencket auch

argenteis nummis inter victores diuisis refert, insculptum illis fuisse Pentametrum Chronostichon: eX MerITo nIVeVs Dona reponIt oLor. Eundem versum auersa nummi nostri præfert, sub quo Monogramma I. S. nominis mihi ignoti, cum breuiato anni numero 73. Aduersa vero tres habet Cygnos, ex insignibus vrbis Cygneæ consuetis. Cum autem Schmidius nummos *satis magnos* appellat, noster tamen ex minimis fere est; tum maiores quoque ad manum fuerint oportet, quorum sane hactenus nullum vidi. Idem infra in Annalibus horrendæ inundationis, certamen istud paucis diebus antegressæ,

